



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A 661451




888

P23

1748

880
P23
1748



Πρῶτος ἐπεὶ τὸ Ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸ ὄλεθρον
 Εὖρε, τὸν ἐν χαλκῷ ἢ πῦρ χινόμῃον. Callim. fragm.



Φ Α Λ Α Ρ Ι Δ Ο Σ

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ ΤΥΡΑΝΝΟΥ


ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

P H A L A R I D I S

AGRIGENTINORUM TYRANNI.

E P I S T O L Æ.

Ex MSS Recensuit,
VERSIONE, ANNOTATIONIBUS,
& VITA insuper AUTHORIS Donavit
C A R, B O Y L E ex *Æde Christi.*



Ο Χ Ο Ν Ι Ι,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
An. Dom. MDCCXVIII.

Impensis STEPHANI FLETCHER Bibliopolæ.

ΦΙΛΗΛΑΦ

ΕΛΛΗΝΟΝ ΕΛΛΗΝΩΝ

ΕΛΛΗΝΟΝ

ΕΛΛΗΝΟΝ

ΕΛΛΗΝΟΝ

ΕΛΛΗΝΟΝ

ΕΛΛΗΝΟΝ

ΕΛΛΗΝΟΝ

ΕΛΛΗΝΟΝ



REVERENDO VIRO

Henrico Aldrich

S. T. P.

ÆDIS CHRISTI DECANO

ET ACADEMIÆ

OXONIENSIS

VICECANCELLARIO

DIGNISSIMO.

OPUS, Reverende Vir, tuo hortatu susceptum, tua ope adjutum æquus jam accipe, si non pro tua expectatione, pro meis tamen viribus absolutum. Ita enim tota studiorum meorum ratio ad Te, qui iis omnibus vitam dedisti, referri debet; ita quamcunque ego operam in re literaria posuerim proprio quodam jure vendicas, ut nihil tibi de meo dicare possim, quod plane non sit Tuum. Me tutelæ tuæ commissum amore statim complexus es, & tua in me custodis pariter atque amici officia benigne percepi, citius quam
quanta

quanta essent potui satis explorare. Mihi autem beneficiis tuis quam plurimis ornato jam diu gratum atque jucundum fuit, non tam quod ipsa beneficia, quam quod à te receperim; quem boni omnes mecum una amant & colunt. Neque enim Te jam meo solius, sed meorum æqualium sociorumque, quibus Te propiorem indulges, communi nomine salutatum putes. Quantum eruditioni tuæ studia nostra, quantum prudentiæ mores debent, sentimus omnes & uno ore læti profitemur. Nimirum ita nos tua illa humanitate ad virtutem trahis; ita quicquid in literis asperum & incultum teneris ingeniis impedimento est, perspicuum reddis & venustum; ut iis, qui sub tuo vivunt imperio, nihil aliud sit agendum, si eruditi esse velint, nisi ut quod Tu scribis, legant; si probi, nihil aliud nisi ut quod agis, imitentur. Mihi quidem, Præses Venerande, & facile esset & gratum tua in nos merita ulterius prosequi, si Tu libenter audires: sed meæ voluptati tempero; cum certo sciam tibi non tam placere bene merendi præconia, quam ipsum bene mereri.

Tibi omni cultu

Devotissimus

CAR. BOTTLE.

Lectori S.

EPISTOLAS has in manus sumenti non tam utile erit inquirere quis scripserit, quàm jucundum experiri lectu dignas. De Authore doctorum inter se discrepantium sententiæ frustra fortasse consulendæ; de operis dignitate teipsum majori cum fructu consules. Ne tamen curiosus desim, quanquam non tanti est controversia ut pro alterutrâ parte acriter dimicandum sit, quid mihi utrîque verisimile videatur paucis aperiam.

Phalaridis esse contendunt Viri docti ¹Thomas Fazellus, ²Jacobus Capellus, & magnum hujusce gentis ac seculi decus ³Gulielmus Temple Bar. quocum sanè dum cogitandi vim liberam & solutam, dicendi audaciam; affectuum pro diversâ rerum facie vehementiam, & varietatem; effusam in amicos benevolentiam, acerbam in hostes odium; piam erga literatos reverentiam, sinceram adversus probos amicitiam admiror: quum videam quale sit Viri de vivendi ratione ac viâ, de morte contemnendâ judicium; quæ ingenii ferocia, quanta exercende vindictæ solertia; magnificum quiddam ac Regium animo obversatur, & pæne cogor loquentem agnoscere Tyrannum. A quo enim Rhetore pingenda erat tanta animi magnitudo? quâ arte imitabilis? quis unquam Scriptor personatus accuratè adeo Tyranni ingenium expressit, ut non simul proderet suum? ut non latentem sub Rege Sophistam facile deprehenderes?

(1) Rerum Sic. Dec. 1. lib. 6. cap. 1. (2) Histon. Sacra & Exotic. (3) Ita Miscell. de Erudit. Vet. & Nov.

PRÆFATIO.

Luciano tamen adjudicant ⁴ Angelus Politianus, ⁵ Lilius Giralduſus, ⁶ Bourdelotius; qui cum nullam dignentur ſententiæ ſuæ rationem apponere, cur ita ſenſerint non intelligo; niſi forte ob duas Luciani declamationes, quas Phalaridas vocat, quæque, ut mihi videtur, nihil habent cum hiſ Epistoſis commune: diſpar eſt Phalaridis deſenſio, diſſimile admodum orationis genus, diſverſa etiam hiſtoria: in utriſque (quod obvium erat) famam ſibi malignam queritur, & neceſſitatis excuſatione utitur Tyrannus: verum in illis crimen timide fatetur, cauſe diſſimulat, captat gratiam; in hiſ audenter omnia & generoſe effatur; ita de famâ queritur, ut eam ſimul contemnat; & ſibi ſe non aliis purgat. Illæ demiffæ ſunt, lenes, perſpicuæ, æquabiles; hæ vividæ, incitata, obſcure, aſperæ. An vero, ſi idem utriſque Author exitiſſet, cum in illis præcipuum eſſet argumentum Tauri Delphos miſſi legatio, in hiſ nulla occurreret tam celebris legationis mentio? An ibi neminem præter Perilaum Tauro incluſum, & illum viventem adhuc atque ſpirantem educi; hæc & illum & alios triginta ſeptem in eadem machinâ conſectos memoraret? An ibi demum Phalaris & Perilaus uterque Agrigentinus; hæc ille Cretenſis, alter Athenienſis audiret? Hac faciunt, quo minus Epistoſas has Luciano tribuam; ſunt etiam cur dubitem an Phalaris jure venditet ſuas.

Neque enim facile poterant literæ & à viro tam inſigni ſcriptæ, & in ſuo genere abſolutæ ultra mille annos ignotæ penitus latere: neque cum Siculiſ ſcriptoribus placuerit ſemper dialectus Dorica, Agrigentiorum (qui antiquitus Diores erant) Tyrannus aliâ uti debuit. Stylus nihil habet Rege indignum, niſi quod in Antithetiſ ſit nimius, & interdum frigidiôr. Adverti etiam quod ferant nonnunquam Epistoſæ nomina (eſſi id for-

(4) Epist. 1. (5) De Poët. Dialog. 3. (6) Præfat. poſter. ad Lucian.

PRÆFATIO.

tuitum esse possit) quæ ad earum materiem ficta videantur. Quod historiam spectat, quis tum fuerit Sicilia, & rerumpubl. in illâ status, quæ bella gesta, quæ inita fœdera, temporis injuria incertum reddidit; & viri, ad quos scribit, plerique obscuri sunt præter Stesichorum, Pythagoram & Abarin, qui cum illius ætate bene congruunt, ita ut nullam hinc dubitandi ansam arripere possimus. Quod si vera refert Diodorus Siculus, Tauromenium, ad cujus cives hic author scribit, & conditam fuisse & eo nomine donatam post Naxum à Dionysio juniore dirutam; actum est de Phalaridis titulo, & ruit omnis malè sustentata conjecturis autoritas. Hæc ferè habui de Authore dicenda, quæ festinantiùs, quàm oportuerat, percurri; quibus tamen siquid Viri doctiores reclamant, libens audio. Breviter jam, quid in hac Editione præstiterim, monebo te, Lector, & dimittam.

Codices Impressos quatuor præ manibus habui, qui eodem planè textu utuntur; apud quos Versiones sunt duæ, altera à Thoma Naogeorgo Straubingensi, edita Ann. 1557; altera à quodam, ut videtur, Jesuità, in usum Schol. Soc. Jes. 1614. extat etiam versio Franc. Aretini inter Epistolas Miscellaneas à Gilb. Cognato collectas, cum Græcis, quantum scimus, nunquam impressa. Jesuita in dictione non inornatus est, sed lusus nimium & effusus; quo fit ut ab Authoris stylo semper alienus sit, sæpe etiam ita sensu dispar, ut non tam Phalaridis Epistolas interpretetur, quàm scribat suas; pressior est Naogeorgus, & accuratior interpres, sed parum elegans; utroque concinnior Aretinus. Sed cum in singulis esset quod minùs probarem, de novo Versionem institui ad Authoris verba, quantum Latine fieri potuit, fidam; ubi vero textum (ut sæpe est) obscurum vidi & mendosum, id egi ut sensum si non genuinum, aliquem tamen exprimerem, quem apud alios inveni nullum. Epistolas ipsas

PRÆFATIO.

cum duobus MSS Bodleianis è Cantuariensi & Seldeni Musæo contuli, collatas etiam curavi usque ad Epist. 40 cum MS^o in Bibliothecâ Regiâ, cujus mihi copiam ulteriorem Bibliothecarius pro singulari suâ humanitate negavit. Non quamcunque Manuscriptorum ab impressis variationem apposui (quod & prolixum esset & futile) sed quoties à communi Lectione discessi, quâ id autoritate fiat, in Annotationibus videbis. Libello huic è typis major, quam antehac, elegantia accessit, utinam & nostro labore par gratia.

VITA

V I T A

P H A L A R I D I S.

PHALARIS ¹Astypalæâ urbe Cretenſi ortus eſt, patre Leodamante; ²quo ſimul & matre ſub primâ infantîâ orbatus eſt: quin priuſquam eſſet in lucem editus, ³Mater ejus viſa eſt in ſomniis videre Deorum ſimulachra quæ ipſa domi conſecraverat; è quibus Mercurium è paterâ, quam manu dextrâ tenebat, ſanguinem fundere: qui, cùm terram attigiffet, reſerveſcere videretur ſic ut tota domus ſanguine redundaret: hoc matris ſomnium filii crudelitas plurimum teſtimonio comprobavit; imò elati animi, & futuræ Tyrannidis præmaturum Juvenis exhibuit indicium: quàm primùm enim adoleverat, ſe reipublicæ negotiis immiſcuit, & ⁴affectedit imperium; ita ut factò in illum civium impetu ⁵exul è patriâ fugeret. Ibi ⁶Erythiâ uxore & Paurolâ filio relictis, Agrigentum contendit; apud cujus cives ⁷ſingularem gratiam & honorem conſecutus eſt. Sed animum ad majora accendit ambitio, & parvi duxit populo placere, niſi poſſit etiam imperare. Quare cùm Agrigentini templum ædificare decreviſſent, ⁸Phalaris operi ſe præfuturum, ſi vellet, pollicitus eſt; quem, quòd publicanus eſſet, huic muneri idoneum judicarunt: acceptis itaque

(1) *Phal. Epiſt.* 4. (2) *Epiſt.* 49. (3) *Cic. de Divin. lib.* 1. (4) *Epiſt.* 95.
(5) *Epiſt.* 49. (6) *Epiſt.* 69. (7) *Ariſtotel. Pol. lib.* 5. cap. 10. (8) *Polyæn. lib.* 5. 1.

V I T A

pecuniis mercenarios conduxit, captivos coëmit, multamque lapidum, lignorum, & ferri materiam comparavit: jactis jam fundamentis eos qui lapides ex arce subdlexerant indicanti præmium promisit; à populo interim, qui materiam per furtum subduci indignè ferebat, concessâ sibi muniendæ arcis potestate, captivos liberavit armavitq; bipennibus: hisce copiis cives adortus, plurimos interfecit, & Tyrannidem post Thesea¹ primus occupavit circa² Olymp. LII. Plura ejus stratagemata narrat Polyænus, quæ viri acumen testantur & solertiam; talemque illum ostendunt qualem se apud³ Lucianum, & passim in his⁴ Epistolis profitetur, ingenuis nempe artibus instructum, libere educatum, atque administrandæ rei publicæ non imperitum: & sanè in principio Tyrannidis ita se vel moderatè, vel callidè gessit, ut illius imperiis Himerenses exercitum suum crederent; qui, ut verisimile est idem cum Agrigentinis fatum subiissent, nisi illos periculi sui opportunè monuisset⁵ Stesichorus. At sicuti privatus duræ adolescentiæ initio usus est, ita Tyrannus vitam egit molestiarum plenissimam; regnum enim malè partum, malè tutatus est, & imperii necessitate ad sævitiam coactus, plurimos adversus se insidiatores excitavit. Horum duos Melanippum & Charitona, quibus ob insignem animi fortitudinem pepercit, memorat⁶ Ælianus; & hanc in illos Tyranni mansuetudinem tanquam inusitatum quiddam, & ab illius moribus alienum recenset. ⁷Phalaridis enim præter cæteros nobilitata est crudelitas; adeo ut tritum illud & odiosum *Siculi Tyranni* nomen aut ab illo natum,

(1) *Plin. Nat. Hist. lib. 7. cap. 56.* (2) *Swid. & Scalig. ad Euseb. Chron.*
 (3) *Phalar. 1.* (4) *Epist. 4. & 77.* (5) *Aristot. Rhetor. lib. 2. cap. 21.*
 (6) *Var. Hist. lib. 2.* (7) *Cic. Offic. lib. 2.*

P H A L A R I D I S.

aut illi ferè proprium videatur: neque quisquam est veterum Scriptorum qui illum, quoties occurrit, sine crudelitatis & infamiæ notâ præterit. Sæpe illius meminit Cicero, nullibi ferè nisi adjecto Epitheto quo execrandam ejus immanitatem detestatur. ¹Jamblichus Deos impiè convitiis laceffentem; ²Plutarchus cives hospitesque flagellis aliisque suppliciis torquentem; ³Athenæus coctos infantes, ⁴Aristoteles & Andronicus Rhodius suos liberos comedentem describunt. Jacta hæc in Tyrannum opprobria ab iis qui in liberâ republ. versabantur, ut horrenda esset apud populum Tyrannidis imago, & qualis animos ambitiosos à regno capeffendo detereret. Verùm hujusmodi fabulis locum dedit novum illud & inauditum tormenti genus à Perillo fabro Atheniensi inventum. ⁵Effinxerat ille Taurum æneum, grandem ultra naturæ modum, & specie pulcherrimum, qui recluso latere cruciandos reos intra se reciperet, & supposito igne torreret, ita ut intus vociferantes non gemitum sed mugitum emitte viderentur. Hoc inhumanæ artis opus author ad Phalarin tulit, magnam sibi ingenii sui mercedem pollicitus. Donum libenter accepit Tyrannus; sed utcunque artificium probavit, dignum censuit artificem, qui in eo primus periret, eumque machinæ suæ, uti ipse ostenderat, includi statim jussit & cremari. Justam hanc Phalaridis de Perillo sententiam omnes uno ore laudarunt; & si hic constitisset, illud Aristidis nomen, quod à ⁶Tzetze consecutus est, poterat etiam ab aliis meruisse. ⁷Sed in agro Geloo castellum habuit, ideo *Ἐν γέλωτι* dictum

(1) *De vita Pyth. cap. 32.* (2) *In Parallel. c. 75.* (3) *Deipnos. lib. 9. cap. 12.* (4) *Ethic. ad Nicomach. l. 7. c. 5.* (5) *Diodor. Sic. lib. 19. Plin. Nat. Hist. lib. 7. cap. 56. Ovid. Trist. lib. 3. Eleg. 11. Valer. Max. lib. 9. cap. 2. Phalaris Epist. 122.* (6) *Chil. 5. 31.* (7) *Diodor. Sic. lib. 19.*

quia

V I T A

quia in illo immane hoc lethi instrumentum repositum fuerat, quod in tot mortalium exitum convertit. Taurum hunc ab Agrigentinis demersum affirmat ¹Timæus, sed Carthaginem fuisse translatum ²Polybius, & iterum deletâ Carthagine Agrigentinis à Scipione Africano restitutum ³Cicero scribit; quem illi ⁴studiosissimè conservârunt, uti & ⁵alia (quantum ex Plinii verbis conjicio) Perilli opera, ut quicunque illa videat, oderit manus. ⁶Lucianus denique ab ipso Phalaride Delphos missum fingit, & illius Tyrannidem non indisertâ oratione excusat. Sed longè meliùs in hisce Epistolis causam suam defendit Phalaris, è quibus sanè si Viri ingenium æstimes, non modò non foedum & immanem, sed nulli vel justitiæ, vel humanitatis laude secundum judicabis. Passim fatetur quàm fuerit in puniendo severus, sed dolet simul tam duram sibi Tyrannidis sortem contigisse, ut ipse tutus esse non possit, nisi aliis fuerit molestus: inimicis suis poenam ideo acerbius minatur, ut ipsi sibi diligentius caveant; in amicos ita liberalis est & poenè prodigus, ut quicquid in eos beneficii contulerit, ab iis in se collatum reputet: justa est illius in improbos indignatio, quos non tanquam sibi sed humano generi insidiantes plectit; eximia in bonos omnes benevolentia, quibus, sibi licet parum faventibus, publicæ tamen salutis gratiâ æquus favet. Superbos debellare regium censuit, subjectis sæpe parcere humanum; quòd si aliquando nequissimorum hominum vitia poenis excessisse videatur, multò magis proborum merita præmiis superavit. Mariti, Patris, Amici of-

(1) *Pindar. Schol. ad Pyth. 1. πάλ. α'.* (2) *Excerpt. de Virtut. & Vit.*
(3) *In Verr. 6.* (4) *Spanh. de præst. Numism. Dissert. 1. p. 5.* (5) *Nat. Hist. lib. 31. cap. 8.* (6) *Phalar. 1.*

PHALARIDIS.

ficia nemo teneriùs expressit, nemo præstitit fide-
lius. Sapientes & literatos nimiam prope reverentiam
coluit: universæ plebis convitia facile sprexit unius
Epicharmi testimonio fretus: non citius accepti à
Phalaride beneficii obliviscitur Stesichorus, quam il-
latæ sibi ab illo injuriæ Phalaris; Pythagoræ collo-
quio tantâ cum voluptate fruitur, & Abaridis
amicitiam ita submissè flagitat, quasi se Tyrannum
esse non meminerit. Est verò cur illius in erudi-
tos gratiam vel inde suspicemur, quod ab illis pa-
rem non receperit: à Stesichoro enim sæpe lacessi-
tus est, Abaridi semper odio fuit, Pythagoræ de-
mum, ut aiunt, hortatu interfectus est; quanquam
vel quo mortis genere, vel quibus consiliis interierit
apud Authores parum convenit. Hactenus ferè
omnes cum Cicerone consentiunt, quod in illum
universa Agrigentinorum multitudo impetum fece-
rit: ita verò illius exitum describit ¹ Tzetzes quasi
in se suâ voce populum concitasset. Cum enim Ac-
cipitrem videret plurimas insequentem columbas,
videte, inquit, quid faciat ignobilis timor: si una
earum, quæ fugit, avium restiterit, ea, quæ insequi-
tur, fugeret: quo audito senex quidam lapide illum
petiit, & deinde reliqua quæ adstitit multitudo; do-
nec, ut quidam volunt, statim occideret; ut alii, vin-
clis detentus & plumbeo indutus vestimento, lentâ
morte periret. Quod si ² Ovidio credamus, linguâ
prius resectâ, in bove illo, ubi alios miserrimò cru-
ciatu affecerat, ipse etiam miserrimè animam expi-
ravit. ³ Valerius Maximus dicit Zenonem Eleatem
eâ fiduciâ Agrigentum venisse, quasi Phalaridi, ut
Tyranni feritatem deponeret, facile possit persua-
dere; verum ubi hâc spe exciderat, & ipse, convo-

(1) *Chil. V. 31.* (2) *In Ibin.* (3) *Lib. 3. cap. 3.*

VITA PHALARIDIS.

cato in forum populo, miserè plecteretur, ita civibus ignaviam & timiditatem exprobravit, ut subito mentis expulso concitati Tyrannum lapidibus obruerent. Fefellit credo Valerium non ab similibus de Zenone & Nearcho Tyranno historia, cujus meminit ¹Diogenes Laertius; nam Zeno, licet inter antiquiores Philosophos numeretur, ad Phalaridis ætatem non accedit. Verisimilius narrat ²Jamblichus Phalarin Pythagoræ consiliis, eodem die quo illi & Abaridi mortem destinasset, insidiis petum occidisse: & huic sententiæ fidem facit, quod Pythagoras (uti affirmat accuratissimus de illo scriptor ³Hermippus) Agrigentorum copiis contra Syracusanos præfuerit; quod fieri non potuit, nisi Phalaride prius deturbato. Exercuit verò Tyrannidem Phalaris juxta Eusebium ann. xxviii, ut alii colligunt xvi. ⁴Eo sublato, & mutatâ urbis fortunâ, Agrigentini nequis gereret cærulei coloris vestem (qualem gesserant illius satellites) lege vetuerunt; ut nulla, quæ oculos offenderet, Tyrannidis species superesset.

(1) *Lib. 9.* (2) *De vitâ Pythag. cap. 32.* (3) *Diog. Laert. lib. 8.* (4) *Plutarch. in Polit.*

Φ Α Λ Α Ρ Ι Δ Ο Σ

Ε Π Ι Σ Τ Ο Λ Α Ι.

α'. Φάλαρις Αλκιβόου.

ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΣ ὁ Μεσσηνίου, ὃ κατη-
 γορεῖς πρὸς τοῖς πολίταις παροδοσίαν, ἰάσατό
 με νόσον ἀνήκετον. Οὐκ ἄγνοω δὲ, λύπας εὐαγ-
 γελίζόμενός σοι καὶ δάκρυα. σὲ δὲ οὐκ ἂν ἔδ' αὐτὸς ὁ τῆς
 τέχνης ἡγεμὼν Ἀσκληπιὸς μὲν πάντων ἰάσατο πῶν θεῶν.
 σώματι μὲν καὶ ἄρρωστίαι, θεραπεύει τέχνη. ψυχῆς δὲ
 νόσον, ἰατρὸς ἰᾶται θάνατος, ὃν ἀνεπαχθέστατον ἀπὶ
 πολλῶν καὶ μεγάλων ἀδίκημάτων, οὐκ ἀκυσίων, ὧν ἐμοὶ
 παρτρέπεις, ἀλλ' ἐκυσίων, ὧν αὐτὸς εἴργασαί, παρσο-
 δέχῃ.

β'. Μεγα-

P H A L A R I D I S

E P I S T O L Æ.

1. *Phalaris Alciboo.*

POLYCLETUS Messanen-
 sis, quem tu apud cives
 de proditiōe crimina-
 ris, morbum meum gra-
 vissimum removit. At non sum
 nescius tam faustum nuncium do-
 lorem tibi & lachrymas allaturum.
 Te vero ne ipse quidem artis prin-
 ceptis Æsculapius cum Diis omni-

Vide Epist. 21. & 70.
 bus sanare possit. Ægram enim
 corporis valetudinem restituit me-
 dicina, animi autem morbum
 medica sanat mors: Quam qui-
 dem nulli gravem, propter mul-
 ta magnaque scelera, non invita
 (ad quæ me hortaris) sed à te
 ultro admittā, mortem, inquam,
 expecta.

A

2. Mega-

β'. Μεγαρεῦσιν.

ΟΥ μέφομαι τ' ἀχαιΐαι ὑμῶν πολλάκις εὐεργα-
τηρίων, ὅπ' με κεινομένῃς πρὶ τ' ὄρει πρὸς τοὺς
ἀστυγέτοιας κατεψευδμαρτυρήκατε· κατηγερὰ δὲ ἑμαυ-
τῷ τ' ἀναλγησίας, ὅπ' προπηλακίζομεν· ὑπὸ τ' αὐτῶν
πολλάκις, ὃ σφοδρὸν ἴσμεν. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἐδέεσθε χάριτ'
ἐμοὶ μνημονεύετε· ἐγὼ δὲ, ὡς μηδέποτε ὀπιλελησμένοις
χαιρίζομαι.

γ'. Τυρσηῶ.

ΕΙ τοὺς μετὰ ἀνάγκης πὶ πρᾶξαι, τ' μὴ νομίμων,
χαλεπὰς ἔχειν δεῦ πρὶ τῷ μάλλοντ' προσδο-
κίας, ὡς ὑπέφαινες Αἰγυπτίοις, εἰς τὴν τῷ δαιμονίῳ πρᾶ-
νοιαν ἀναφέρων τὰ πρὶ ἐμοῦ, πῖνας ἐχρῖν ἐλπίδας ἔχει
σὲ πρὶ σεαυτοῦ, τ' μὴ μετὰ ἀνάγκης, μηδὲν ὡν πρᾶνείνομικαι,
μετὰ γνώμης δὲ ἅπαν ἡσεβηκότα;

δ'. Λυ-

2. *Megarensibus.*3. *Tyrſeno.*

NON exprobro vobis ingra-
titudinem, quod multis
meis beneficiis ornati, quando mi-
hi cum vicinis urbibus intercede-
ret de finibus controversia, falsum
contra me dixeritis testimonium.
Sed meipsum tarditatis condem-
no, qui ab iisdem sæpe laceffitus
nondum sapiam. Vos enim gratiæ
nunquam meministis, ego quasi
nunquā oblitos beneficiis cumulo.

SI eos, qui ex necessitate ali-
qua legem violarunt, abje-
ctam de futuro spem habere de-
ceat, quemadmodum Ægeſten-
ſibus demonſtraſti, ubi omnia
ad Dei providentiam referres,
quæ mihi contigerunt; quaſnam
de teipſo ſpes concipere oportet,
qui nullum unquam ſcelus ne-
ceſſitate coactus, ſed omnia con-
ſultò prorsus ſuſcepisti?

4. *Ly-*

Δ'. Λυκίνω.

ΟΥΚ ὀρθῶς ἠρώτησας ἐν Λεοντίνοις, ὥς παρὲντα με καὶ διυάμηνον ἀποκρίνεσθαι σοι, τίς εἰμὶ, καὶ πίνων, καὶ πόθην. ἐγὼ γὰρ ὥς ἐμαυτὸν οἶδα Φάλαριν Λεωδάμαντος υἱὸν, Ατυπαλαίᾳ τὸ γένος, πατρίδος ἀπετερημνόν, τύραννον Ακρεγαντίωνι, ἔμπειρον πολλῶν, ἀπὼτα μέχει ἔπθρονος. ὅπως οἶδα καὶ Λυκῖνον πόρνον μὲν εἰ πασι, λᾶγνον δὲ εἰ νέοις, μοιχὸν δὲ εἰ γυναιξίν, ἀκόλαστον δὲ εἰ νόμοις, ἀσελγῆ δ' εἰ ἡδοναῖς, ἀργὸν δ' εἰ εὐρίω, λειποτάκτιον δὲ ἐν πόλεμοις, δῶσόντά μοι καὶ ἔδμηθραιῶν, καὶ τῶντων ὦν ἐλέλχω σὲ δίκην, εἰ μὴ γὰρ ἦτον ἀλῶς, [ἀλλ' οὐδ'] ὅταν ἔκδοτόν σε πρὸς δῶσι Λεοντίνοι, βυλόραμοι τε, πρὸς ἡμᾶς ἀπαλαγμῶν πολέμου.

Ε'. Λεοντίνοις.

ΕΙ καταλύσῃ με τὸ πρὸς ὑμᾶς ὀρέγεσθε πόλεμον, μηδὲν ἀνδραθέντες, ἔκδοτέ μοι Λυκῖνον, ἵνα ἢ ὀρῶν
ἀπαρ

4. *Lycino.*

NON benè id interrogasti apud Leontinos (quasi præsens essem, tibi que possem respondere) quis, à quibus, & cujas essem. Ego enim sicuti me novi Phalarin esse, Leodamantis filium, genere Astypalæensem, patria egestum, Agrigentinorum Tyrannum, multa expertum, & huc usque constantem atque inconcussam; ita Lycinum scio cum pueris scortatorem esse, cum juvenibus lascivum, cum mulieribus

mœchum, quoad leges effrænem, in voluptatibus intemperantem, in pace ignavum, in bello desertorem, pœnas mihi daturum & concionum tuarum, & quorum te nunc arguo; tunc saltem, si non antè fueris deprehensus, cum Leontini, bellum contra me susceptum quavis mercede deposituri, mihi te in manus tradiderint.

5. *Leontinis.*

SI me tandem bello abstinere cupiatis, nihil veriti, continuo mihi tradite Lycinum, ut ubi omnem

ἅπαρ' εἰς τῷτοι ἀφείς, παύσωμαι ὅτε πάλιν θυμῷ
 λήσομαι δὲ ὑδὲν αὐτῷ χαλεπότερον, ἢ πάντας ὑμᾶς
 ὅπισταμαι βυλομήδης.

Γ'. Ζευξίππω.

ΤΩ μὲν ὑῶ σὺ λήθ' τὴν νεότητα συγινώσκω, σοὶ δὲ
 λήθ' τὸ γῆρας, καὶ περ ἀσύγινωστα πεποιηκόσιν. αἱ
 μὲν τοι μὴ παύσῃσθε τῆς αὐθαδέας, ὅτε ὀκῶντοι ἡ νεότης,
 ὅτε σὲ τὸ γῆρας ἔξαυρήσει. δι' αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ μάλλοι
 κολαδιέσθωτε, δι' ἃ νῦν συγινώμης ἀξιοῦσθε.

Δ'. Εὐλείω.

ΓΝώμης γινόμενῳ τὸ πρῶτον, ἀλόντα αἰχμάλω-
 τον ἀποκτεῖναι σὺ ὦ ὑδὲν, ἀντ' ὧν ἡδίκηκέ με
 τοὺς ναυάρχους, μετέγνων ὑπὲρ, καὶ σέσωκα. μάλλοι
 γὰρ βύλομαι λήθ' ὅτι ἐκείνους ζωῆς σὲ λυπεῖν, ἢ λήθ' τῆς
 ἀναγρέσεως τὴν ἀποθανόντα. ἔρρωσο.

η'. Σα.

omnem in hunc iram effude-
 rim, civitati succensere definam.
 Nihil autem in eum crudelius
 itatuam, quam quod vobis e-
 tiam omnibus gratum fore intel-
 ligo.

tia, neque te tuebitur senectus.
 Sed mihi potiori jure dabitur poe-
 nam, etiam ob ea ipsa quorum
 gratia veniam nunc estis pos-
 secuti.

7. Ευενο.

6. Ζευξιππο.

Ελλιο tuo propter adolescen-
 tiam, tibi propter senectu-
 tem ignosco: licet ea feceritis,
 quæ minimè sunt ignoscenda.
 Nisi vero istam ponatis contu-
 maciam, neque illum adolescen-

Ελλιο tuo, quem apud me ca-
 ptivum interficere decreve-
 ram, ob injuriam meis navium
 præfectis illatam, mutato postea
 consilio, vitam dedi. Malo enim
 te illius vitæ, quam suæ illum mor-
 te cruciari. Vale.

8. Σε.

η'. Σαμέα.

Εἰδὼς σὺ τὴν ζησότητα ἔ πρόπυ, καὶ τὴν ὑπερφου-
 ρίαν πρὸς ἀπαντα φιλανθρωπίαν, καὶ ὅτι τὰς τῶν πλη-
 θον εὐτυχίας ἡμέρας καὶ συμπαθῶς ἰδίας ἀλγηδόνος καὶ συμ-
 φερέας ἡγῇ, γέγραφα σοι συντόμως, ὅτι καὶ τιμὴ δύναι, καὶ τὴν
 ναυμαχίαν, καὶ τὴν ὠδύνην, καὶ τὸ τελευταῖον, τὸ ἰππικὸν
 ἀγῶνα νεικῆκαμεν· ἵνα ἀκούσας ὡς πρὸς σὴν καλῶ καγα-
 θῶ σένης ἀδιαλείπτως λαμβάνῃς ὠδύνην τῆς σκαυτῆ φύσεως
 τοῖς ἀξίαις καὶ τρεπύσας ποσαύτην κακοηθείαν βασιλεύς.

θ'. Κλεοφράτω.

Πάν μοι δοκῇ μὲν γίνωσθαι ἀξιόν τι θαυμάσαι τὸ
 σωφρονίζεσθαι πιας ὑπὸ σὺ τὸ ἄλλοις ὅτι-
 μιαν ὀκισαλλόμενοι, αὐτοὶ ἀπηλλάχθαι ζῆ-
 πίας ποικίλης. σὺ δὲ ταῖς τὴν ὑπὸ σὺ νεφελεῶν κα-
 κίας ὀνομαζομένης, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀπάταις, ὡς ἀνεπίληπτος
 εἰς πονηρίαν, ἔπει νεφελεῖς.

ι'. Λα-

8. Same.

Cum tuorum mihi morum
 probitas, & incredibilis er-
 ga omnes humanitas, explorata
 sit, cumque te ita comparatum
 intelligam, ut vicini commoda
 æquo & consentiente animo in
 damno ponas; breviter tibi scripsi,
 me in causâ judiciali, in terrestri
 navalique prælio, in equestri de-
 nique certamine victoriam repor-
 tasse; ut cum hæc audiveris, uti
 probum virum decet, indefinenter
 lugeas, ex ipsâ tuâ indole per-

cepturus digna tam perverfis mo-
 ribus tormenta.

9. Cleostrato.

Mihi cum admirabile, tum
 ridiculum proflus videtur,
 a te quenquam reprehendi. Eum
 enim qui se aliorum fert censo-
 rem, omnino sceleris expertem
 esse decet. Tu vero quum & iis-
 dem vitiis, quibus illi quos ob-
 iurgas, & omnibus aliis tenearis,
 aliena tamen crimina reprehendis,
 quasi redargui non possis.

10. La-

Ι. Λακρίτω.

Αχθομένη μὲν σοι βαρέως ὅτι τῇ ᾗ παίδος τελευτῇ, πᾶσα συγνώμη. καὶ γὰρ δὲ σφόδρα συμπαθῶν, ὡς εἰς τὸ οἰκείων τὸ συμβεβηκὸς ἡγάμεθα, μῆζον ἄχθομαι. καὶ τοι τέρροτέρα φύσις, πρὸς τὰ τοιαῦτα λυγρόμενος, ἀφ' ὃ το μὴδὲν ὀφείλου ὁρᾶν μὴδὲ τοῖς ἀμέτρωτος ἀναισθητοῖς. ὡδὲ μνηστῆρα δὲ ἔγω σοι μεγάλη τ' ἐπ' αὐτῇ συμφορᾷ. ὡδὲ τον μὲν, ὅτι ὑπὲρ παιδείδος ἀγωνιζόμεθα εἰς πολέμου, σὺν αἰετείᾳ τέτυκται. εἴθ' ὅτι νικῶν, χαλκίφ' ἔτελος ὑπὸ τ' εἰμαρμένης ἡξίωται. τὸ δὲ τελευτῶν, ὅτι μὴδὲν ἀμαρτῶν ὡδὲ τ' βίον, ὑπεσφράγισται τὴν ἰδίαν ἀρετὴν θανάτω. ὁ μὲν γὰρ εἰς τὸ ζῆν ἀγαθὸς, ἀδελόν, εἰ μεταβαλὼς πρὸς τὸ χαλκόν. αἱ τύχαι γὰρ ἀνθρώπων τὸ πλεῖστον, ἔχ' αἱ νόμοι κρατύνουσιν. ὁ δὲ τελευτήσας ἀκατηγόρητος, εἰ τὸ χαλκίφ' ἔχ' ἡματι τ' δόξης κατὰ φύσιν. νομίσας ὅτι ἀξίαι πρὸ αὐτῶν χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως καὶ αἰαβοφῆς, τὸ χαλκὸν καλῶν μάλιστα τέλους αὐτὸν γεγονέναι, ταῦτ' αὐτῇ τὴν ἀμοιβὴν ἀντίδοτος,

ΙΟ. Λακρίτω.

Τibi ob filii mortem graviter dolenti omnino ignoscendum est. Ego enim, quasi ad meum aliquem casus pertineret, vehementius doleo; firmiori quantumvis animo iam huiusmodi eventibus, quod supra modum morientes nihil videam proficere. Maximum autem tibi fit doloris levamen, primum quidem, quod pro patriâ pugnans in bello cum dignitate ceciderit; deinde, quod victoriam adeptus à fati pulcher-

rimo cohonestatus sit exitu; postremò, quod in vitâ nunquam per errorem lapsus, morte quasi ob signaverit virtutem. Quippe periculum est, ne optimus, donec vivit, in pejus mutetur. Fortuna enim plerumque, non consilium hominibus dominatur. Qui vero integer oppetiit, summâ honoris laude consecratus discessit. Illum itaque censeto à te genitum & educatum, quod ad extremum vir bonus permanferit, dignas tibi grates persolvissè; illique contra hoc rependito,

δοε, τὸ ὡρᾶς καὶ εὐπρηγορήτως, ἢ ἐπ' αὐτῷ λύπῃ ἐνελεῖν.

ια'. Μεγακλῆς.

ΚΑὶ τοὺς ἴππους ἐκπέπομφά σοι, κεκοσμημένους ὅππῃ
τ' ἀγῶνα, καὶ τὰ χεῖματα δοῦναι Τεύκρῳ ὡροσέτα-
χα. καὶ ἄλλὰ τε δέη, μὴ κατόκινε γράφειν. ὅθεν γὰρ ὅπως ἔσται
μέγα τ' αἰτημάτων, ὃ μὴ πάντως αἰτησάμενός γε χαλεῖ μῦθα.

ιβ'. Αἰγλαῶ.

ΕΚπεψασαυεῖκα μὲν τῷ πλῆθει, ὅσα πρὸς οὐρανὸν ὁ Θεὸς,
εἰς μεταβολὰς τ' τύχης, ὅθεν οὐ τοῖς κόλποις τῆς
γῆς, ὡς παρήνεις, ἀλλ' εἰς τὰς βυλῆθ' ἐνταῖς τ' φίλων παῖς δω-
ρεὰς λαμβάνειν. σὺ μὲν, ὅθεν εἰς τῷτο πρὸς θυμὸν ἡμῖν σεαυτοῖ
ἐχάριστο, τὸ κατὰ γὰρ ὑμᾶς τὰς φίλους, καὶ ὑποσφαλῶμεν
τ' ἀρχῆς, ἔχουσιν τ' ἐλπίδων. ὅ μὲν ἄλλ' εἰ καὶ μὴ πρὸς ἄλλον,
νῦν γὰρ λαβὼν ὡς ὡρᾶς κατὰ δῆκιν ἐμοὶ φυλαχθῆσθαι μῦθα,
φίλος π' ποιήσῃ ἔργον, πιστὸν γὰρ ὅθεν ἡμῶν μῦθα γῆς μέγ' οὐ,
πρὸς ἐλθόντες ὡς κόνεως ἀπὸ τέρους τὰς ἔξ ὑμῶν τ' ἐταύρων
καταπίπτει.

dito, ut vicem ejus lenitèr & mo-
deratè doleas.

11. *Megaccli.*

ΕT equos ad certamen para-
tos misi, & Teucro, ut num-
mos tibi suppeditaret, præcepi.
Et si quid aliud tibi desit, scribere
ne graveris. Tu quantumcunque
potes petere, ego libenter sum
daturus.

12. *Aglao.*

Quascunque divitias nobis
donavit Deus contra fortu-

næ vices reposuimus, non in ter-
ræ gremio (quemadmodum tu
hortatus es) sed apud amicos dona
nostra recipere volentes. Quin-
te non ita alacrem nobis imperi-
tis, ut imperio exutis apud vos
tamen spes aliqua superesse vi-
deatur. Quod si antea nolue-
ris, nunc demum quasi præstan-
dæ olim amicitiae pignus apud
te finito deponi. Nusquam enim
tutam esse fidem arbitrabimur, si
necesse habeam præterire quasi
pulvere leviores vos sociorum
optimos;

κραπίσεις· ὧν ἐπιτυχύνονται, καὶ αὐτὸς ἐτέρῳ συμπλακῶν
δαίμονι, ἡδυνῆς ὁδὸν ἡπτόν ἐπιτυχεῖν δόξω.

ιγ'. *Herodico.*

Αλλὰ μὲν ἦν χαλῶς πεποιητόν· μὴδὲν ὁμολογῆσαι
πρὸς τὴν δεσποκότα πρὸς ἀμύνης, ἵν' ὥς ἡκιστα πρὸς
αὐτὸν ὑποπίος ἀλάη. ἐγὼ δὲ τῷτο μὲν ἀγνοῦντος ἀνδρὸς ἔργον
ἡγῆμαι, τὸ τὴν ἀγνοῦντα χειρώσασθαι. πρηνὲς δὲ
ὑπὸ σῷ, μὴδὲ σοι φυλάττειν πλὴν ὅτιςσαι ἐξ ἡμῶν
ἀμυνται· ἵνα πρὸς τὸ μὴ παθεῖν, ἡ πρηνὲς κολάζῃ σι-
μῇ, δὲ πλὴν πρηνὲς, αὐτὸ τὸ παθεῖν.

ιδ'. *Eumelo.*

Οὕτως δοκῶντος, ὅτε οὐτὸν ἀδίκῃ τὴν κατάρξασθαι
πλημμελεῖν, ἀμύνεσθαι· τῷ πρῶτῳ γεννιότος
ὑπὸ σῷ, τὸ δεύτερον ἀφ' ἡμῶν ἔσεσθαι πρηνὲς.

ιε'. *Tenacro.*

Ταυτομνηταῖς τὰ λύτερα τὴν αἰχμαλώτων, ἀπὸ
ἐλαβόν, ὑπόδος, μὴ ποιῶντος ἐμὴν τὴν χάριν, ἀλλὰ

ΣΤΗ-

optimos; quibus fœlicibus, etiam si
ipse in aliam inciderem fortunam,
mihi etiam adhuc læto omnia
prosperè evenire videbuntur.

13. *Herodico.*

Αlius fortasse injuria affectus
apud eum qui affecisset de
ultione taceret, ut illum oppri-
meret quam minimè suspectus.
Ego autem inopinantem adoriri
degeneris esse existimo. A te
itaque lacesitus, ut tibi impen-
dentem à nobis vindictam effu-

gias, moneo; ut ante poenam ex-
pectatio, post expectationem, ipsa
poena te discruciet.

14. *Eumelo.*

ΝEquè videtur, neque est in-
justum aggredientem ul-
cisci; tu cum unum feceris, alte-
rum à nobis expecta.

15. *Tenacro.*

Vide Epist. 31.

ΡRetia, quæ pro captivorum re-
demptione accepi, Taurομε-
nitans redde, non ut meo, sed ut
Ste-

Στησιχόρου. ἤ γ' ἐκείνῳ εἰς τὴν τ' ληφομένων εὐεργασίαι, ὁ παρ' ἐμῶν ταύτῃς ἡτημένῳ. τέθηκε μὲν τοι, ἢ πρὶν τούτων αὐτῷ χάρις, εἰς ἀμνήμονας ἀνθρώπους διδόμεν.

15'. Λειφοίτη.

ΤΑ μὲν σὰ, καὶ τέτοιαι ὡς πεπόμενον, καὶ πλείονα ἐπ' ἐμῶν μειζόνων ἀγαθῶν, ἄξια. τὰ δ' ἐμὰ, μὴ βάλῃς μαθεῖν. ὅθεν γ' ἐπ' αὐτοῖς ἔχοντι στήθεα κρεῖττον.

15'. Αμφιόμω.

ΟΥ διδοίμιν χάριτας οἷομαι δωρήμενῳ ἀγαθοῖς ἀνδράσι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. ὅθεν ἄξιόν μὴ ὡς προδεδωκότα με χάριν, ἀλλ' ὡς προσφερόμενόν σοι, λαβεῖν τὸ βουλευτήριόν σε λαβεῖν ἀπὸ ἐμῶν, γράφει. ἔρρασο.

16'. Ερυθία.

ΚΑὶ πρὶν μὲν ἐμαυτοῦ πλείονα οἶδά σοι χάριν, καὶ περὶ τ' κοινῶν παίδων, ὅτι σὺ κατέλιπον, Ερυθία.

Stesichori beneficio restituta. Vivit enim ille, qui hoc petiit ut illis beneficiat; ipsa licet beneficia apud immemores collocata perierint.

16. *Aripbatia.*

ΤUa quidem facta & his, quæ misimus, & pluribus etiam melioribusque sunt digna. Mea autem ne scruteris, quibus nihil magis convenit quam silentium.

17. *Amphimomo.*

ΝON conferre me, sed accipere potius existimo, quæ in bonos colloco beneficia. Quare, cum ea quæ misimus non dedignatus fueris, me, non ut illum, qui prior dederit, sed qui insuper debeat, reputes. Vale.

18. *Erythia.*

ΚUM MEIPIUS CAUSA, tum communis filii, quem apud te reliqui, maximam tibi habeo gratiam, Ερυθία.

σεμνόν, ἢ ἄλλως εὐσεβες ἢ μὴ μνησθαι τὸ τὴ γαγεννηκόταν, ἢ
 τοσαύτῃ ἐνεργηθείσῃ χάριτι. ἐπεὶ τοι πατὴρ ἀμέλει
 σὺν μάλλων, ἢ μητέρας ὅτι. ὅτι τὸ ἴσον, ἢ ὁμοίαν τὴν πατὴρ
 ἀνὲν δίκῃ πατὴρ τέκνων αὐξήσει, ἢ τὰ μηδὲν. ἀλλ' ἢ μὲν
 σὺν τῇ κυήσῃ, ἢ γεινήσῃ, καὶ πεθνήσῃ, μνείας ἄλλης
 ἀνέτλησε πόνης· ὁ δὲ ὁκράφει τὸ ὑπὸ τὴν πένης, ἢ πε-
 λευθέντος, ἀπολαύσεως μετέχει ἀξιοῖ, δυσχάλην περὶ τὴν
 ὁδόν. ἰδίαι παρὶ δὲ τὴν ἄλλῃ ἢ τῇ μήτηρ, ἀφ' ἧς ἐμὰς
 φυγὰς, περὶ τὴν ὅπως κακοπία καὶ τελειώσεως, τὰς ὑπὲρ ἀμ-
 φοῖν μόνῃ φροντίδας ὑποτάσσῃ. ὥστε ἢ σὺ τὰς εἰς ἐκατέρως
 τοὺς γονεάς εὐχαιρίσας, μὴ μὴ τῇ πάντα ποιήσῃ
 ἀπαρτοῦ. πεπληρώσεται γὰρ σοὶ ἢ τὰ πρὸς τὴν πατέρα ἀ-
 χαια, ἀφ' ἧς εἰς τὴν μητέρα φιλανθρώπων. ὅθεν γὰρ ἀπα-
 τήσω πλεῖον εἰς ἐμαυτὸν, ἀνὲν εἰς ταύτῃ εὐσεβήσης· μάλλον
 δὲ ἢ προσεληφέναι ὡς σὺ πολὺ μέρους ἐνεργηθείας ὁμολο-
 γήσω. πρέπει γὰρ σοὶ μὴτε χάριν περὶ πολλῶν ἀποδιδόνῃ,
 μεγάλης ἐνεργείας ἀρχὴν κτήσεσθαι πρὸς πατέρα.

κ'. Τῷ

honestum est, atque piura, ut eo-
 rum qui illum genuere, & tan-
 tis etiam affecere beneficiis, gra-
 tē meminere. Velim nihilomi-
 nus ut patris potius, quam matris
 sis immemor. Neque enim ille
 in liberis educandis similem, aut
 ullo modo aequalem cum illa cu-
 ram fortitus est, quae non modò
 infantera diu in utero gerit, in
 lucem edit, & nutritur, sed a-
 liis propè infinitis laboribus ex-
 hausta est, dum pater nihil mo-
 lestiae expertus filio à matre in-
 stituto, & jam adulto una frui

optat. Tua vero mater prae aliis
 singularem in te educando labo-
 rem perpessa, exulante me, utri-
 usque parentis curam sustinuit.
 Quare gratiam utrique debitam
 illi uni referas, quae sola pertulit
 omnia; ita benevolentia in ma-
 trem officio, quod patri debetur,
 satisfaciat. Nihil ipse postulabo,
 nisi ut in hanc benevolē te geras;
 imò abunde me accepisse à te gra-
 tiam confitebor: & tibi pulchrum
 erit dignam matri gratiam refe-
 rendo, de patre etiam bene me-
 rendi initium sumere.

κ'. Τῷ αὐτῷ.

ΤΑ μὲν ὡς πατρὸς εἰς υἱὸν ἔοικας δέμα, Πανυό-
λα· τὰ δὲ ἐκ σὺ πατρὶ διανάμνηται ἐκ ἀνι-
στρέχειν, ἀμαρτάνεις. πωυθάιομαι γάρ σε παιδείας (ὃ πολ-
λάκις ἐμεμφάμην) ἐκ ὅτι μελεῖσθαι. ἄλλω δὲ χάειν ἐκ
ὅτι ζητῶ λαβῆν παρὰ σὺ, ταύτης ὑπερήσας ἴσθι δὲ, ὅτι
καὶ τὸ παιδείας συμφέρον, εἰν χάριστασθαι βυλῆτης, ἐκ ὃ
ληφόμνηται καὶ χάειν, ἀλλ' ὃ δώσωι μᾶλλον κατῆξει.

κα'. Μεσσηνίοις.

ΠΟλύκλητοι (ὡς πωυθάιομαι) καὶ ἰαλεὶν ὑμῶν μέμ-
φρασι, ὡς πωυθότιω Ακαραντίων γεγονότα,
ὅτι με χέμονται λαβῶν, διανάμνηται Σποκλῆναι,
χαλεπωτάτης ἐξήρπασε ἰόσθ καὶ καὶ ἔπαμον αὐτῷ καὶ διχαρ-
σιώης, κατηγρεῖαν ἀδικίας πειποιεῖσθε καὶ τῷ ὁμολογεῖ-
της, ἐκ ἀρχαῖσθε. ἐγὼ δὲ θαυμάζω καὶ τέχνης αὐτῷ καὶ πτόπει
μᾶλλον, ὅτι δὲ θήσονται με πτωθεῖς, ἐκ ὡς Τύραννοι ἀνι-
ρηκεν,

20. *Eidem.*21. *Messanensibus.**Vide Epist. 70. & 1.*

QUæcunque pater filio debet
accepisti, Paurola. Quæ
tu patri debes, dum non refers,
& potes tamen, peccas. Audio
enim te (quod jam sæpe repre-
hendi) eruditioni negligentius o-
peram dare. Aliam à te gra-
tiam peto nullam, si hanc non
consequar. Scias autem, si mihi
hæc in te gratificari velis, huiusce
literaturæ fructus non ad eum,
cui facta est gratia, sed ad eum,
qui facit, perventuros.

POLYCLETUM medicum vestrum
accusatis (ut audio) quasi pro-
ditorem Agrigentinorum, quod
cum me ægrotantem occidere
posset, è gravissimo eripuerit mor-
bo; & quod illi in justitiæ lau-
dem cedere debet, injustitiæ vi-
tio vertitis; neque hoc confiteri
vos pudet. Ego autem cum ho-
minis artem, tum magis ingenii
probitatem admiror, quod me
moribundum sibi in manus tra-
ditum, non ut Tyrannum sustu-
lerit,

ρηκεν, ἄλλ' ὡς ἰουῦνται ποιήσας ἔστωσε. καὶ ἀφ' ἡμ' τὴν ὑμε-
τέραν μίμνῃ, οὐδ' ὅποιον πέποιθε χακόν· ἀφ' δὲ τὴν
ἐμὴν εὐχαισίαν, ὅμοια τοῖς πρώτοις Σικελιωτῶν πεπλή-
τηκεν· οἶδα γοῦν, ὅτι ἀφ' ἧ' ὄσον τ' εὐχαισθεῖων, πάν-
τες εὐχάσθ' ἐπεσθότα μᾶλλον Λεργαγανίται, ἢ τυραννοκτό-
νοι Φαλαέειδος ἀκυθιῶται.

κβ'. Ανδροκλδ'.

ΚΑγὼ μὲν ἐσπεύδασι μένως ἐπέταλχα Στῆσιχόρῳ, μη-
δὲν ἀχθεσθῆναι περὶ τῆς ἀφρολογίης, ἣν κατ'
αὐτῷ πεποιήνται πρὸς με· ὁ περὶ Εὐβυλοῦ, καὶ οὐδὲ
δὸς μοι ταύτῃ τὴν χάριν, ἀνάδοχ' αὐτῷ γινόμενος,
περὶ τ' μηδὲν ἐμὲ ποιησέν κατ' αὐτῷ πεπιστευμένῃ. μᾶλ-
λον γὰρ αἱ περὶ αὐτῶν, ὡς τὴν ἀρχὴν ὅσδε ἐπεβλεψήτω
καὶ αὐτῶν, (ὅσῳ ἀμολογήχασιν) ἢ ὡς ἀφ' αὐτῶν εἰσὶν
ποιήσας, ἀλλ' ὅτι ἀφ' αὐτῶν εἰσὶν ἰδίᾳς χακουρίας εἶναι ὅτι-
βεβυλολογίας.

κγ'. Πυθα-

lerit, sed ut ægrotum suā dili-
gentiā conservarit. Jam propter
vestram accusationem nihil ma-
li passus est; propter meam au-
tem gratitudinem ita opibus a-
bundat, ut ne primoribus qui-
dem inter Sicilienses cedat. Et
fatis scio, cum meam reputetis
liberalitatem, vos omnes optare,
ut Agrigentinarum proditores
potius, quam Tyrannicidæ Pha-
laridis audiat.

22. *Androcli.*

Vide Epist. 147.

EGo ipse ad Stesichorum ve-
hementius scripsi, ne omni-
no sollicitus esset de criminatione
quam ad me cum Eubulo conjurati
detulerunt. Tu autem nobis hanc
concede gratiam, ut sponsor illi
fias, me nihil mali de eo credidisse.
Facilius enim mihi persuasum erit,
nullas mihi infidias initio ab illis
instructas esse, (quod tamen ipsi
confessi sunt) quam eos carminibus
illius, ac non suā potius malitiā ad
insidiandum fuisse adductos.

23. *Pytha-*

κγ'. Πυθαγόρα.

Η Φαλαρίδης τυραννίς, ἡ Πυθαγόρου φιλοσοφίας πλεῖστον ὅσοι δακὺ καυχέσθαι. καλύει δὲ ὁμοῦς ὁδόν, ἐπὶ τῇ τῆς ἕως ἐχόντων, συγχευόμενοι ἡμᾶς, ἡ ἀπεικὴ ἀφ' ἑκείνων ἀλλήλων λαβεῖν. διύατο γὰρ ἂν καὶ τὰ πόρρωθεν διαγῶτα σωμαγαγεῖν εἰς ταῦτόν ὁμιλία. ἐγὼ μὲν οὖν ἀκοῇ τὰ πρὸς σὺ πωθητόμενον, ἀειστοὶ ἄνδρα πίπτειμαί σε (εἰ). σὺ δὲ πρὸς ἐμὴν μὴ κείνῃ. ψευδὴς γὰρ με δόξα ἀνταρῶν καὶ μὴ ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔστι ἀσφαλὲς ἀφικέσθαι πρὸς σέ, δι' ὧν κατηγορεῖμαι τυραννίδα. ἄνευ μὲν γὰρ ὅπλων καὶ δορυφόρων ἐρχόμενον, εὐεπιχείρητος ἔσομαι. μὲν ὅπλων δὲ καὶ φρουρῶν, ὑποπίθω. σοὶ δὲ πᾶσα ἀσφάλεια κινδυνῶν ἀπαλλαγμένη, καὶ πρὸς γενέσθαι πρὸς με καὶ μὲν ἡσυχίας συμβιῶναι. λαμβάνειν δὲ με ἀφ' ἑκείνων, εἰ μὲν ὡς τύραννοι ἔξεταζης, ιδιώτῃ εὐρήσεις με μάλλοι, ἢ τύραννον· εἰ δὲ ὡς ιδιώτῃ, ἔχοντά π' ἀφ' ἑκείνων ἀνάγκη καὶ τυραννίς. κρατεῖν γὰρ ἔχ' οἷον τε ποιαύτης ἀρχῆς,

23. *Pythagoræ.*

Phalaridis Tyrannis, & Pythagoræ Philosophia immixtæ quantum distant; nihil autem impedit, etiam si hæc ita se habeant, quo minus simul congressi alter alterius veros mores experiamur; consuetudo enim etiam maxime disjuncta conciliat. Ego quantum de moribus tuis fando audiui, te bonum virum existimo; Tu autem cave ita de me iudicium facias, me enim mendax premit fama. Præterea mihi

non tutum est ad te accedere, propter eam, cujus accusor, Tyrannidem. Infidiis enim, si absque armis & satellitibus proficiscar; sin illis instructus sim, suspicioni ero obnoxius. Tibi vero sine periculo facultas datur, & ad me tuto perveniendi, & mecum unâ placidè vivendi. Mores meos exploraturus, si Tyrannum expectes, invenies potius privatum; si privatum, nonnihil etiam, quoad necessitas postulat, Tyranni deprehendes. Tale enim regere non potest imperium,

ἤς, ὁμότητι μὴ χερόμηνι. εἰ δ' ἴπαι οἱ τυραννίδι δεσ-
 τότης ἀκύνδυνος, ἀφ' οὗ τὰλλα, ἢ ἀφ' οὗ τὸ σὺ ποῦ
 συγγενέσθαι. πείσομαι γάρ σοι ἢ ἡμερωτέραν ὁδὸν πορευ-
 θήναι, εἰάν τὸ πιστὸν εἰς σωτηρίαν καὶ σωματοσμονδῶ, μὲν ἢ
 Πυθαγόρου λέγειν ἢ ἀλήθεια προσεβόησεν.

καλ. Θύρακι.

ΠΟΤΕΡΟΝ ἑμαυτὸν ὡς ἀσαφῶς χερόνεται μέμφομαι,
 ἢ σὲ ὡς ἐκυσίως μαθεῖν μὴ βερόμηνι αἰπάσομαι,
 ἀγνοῶ. δύο γάρ σοι μυριάδες ἐκ λοισμῶν λε-
 λοίπασιν. εἰ σαφέστερον ὅπζητῆς διδαχθῆναι, τοὺς ἄλλω
 σὲ πρόπῳ διδάξονταί, ἢ σὺ μαθεῖν αἶν ἡέλῃσας, οἱ τὰχὶ
 πρὶ ἡμῶν προσδεῖχ. ἔρρωσο.

κε. Λεοντιάδην.

ΟΥ ΝΥΝ, ἀλλὰ πολλάκις ἤδη σοι γέγραφα, μηδεμίαν
 ἄλλω ἐν χειρίσιν, ἢ ταύτην ἡμῖν ἀποδιδόναι δεῖ
 ἔμφρονος (εἰ ἄρα νομίζεις ὑφ' ἡμῶν εὖ πεποιητῆναι διὰ τὴν γὰ-
 ρον)

num, qui nulla, utitur servitia. Si
 quā autem ruta esse possit impe-
 ranti clementia, uti propter alia,
 ita propter hoc praesertim, ut te
 conveniam, effragito. Facile enim
 mihi persuadebis, ut humaniore
 insistam viā, si, ubi fidem tan-
 quam salutari consilio daturus sim,
 ad confirmandam Pythagorae sen-
 tentiam ipsa etiam veritas accedat.

24. Θεοφί.

Utrum meipsum acculem
 quod obscurius scribam, an

te, quod de industria nolis intelli-
 gere, ignoro: ex rationibus enim
 duarum adhuc myriades apud te re-
 stant. Si clarius queri cupias,
 eos qui alio te modo doceant,
 quam doceri velis, à nobis brevi
 perventuros expecta. Vale.

25. Λεοντιάδην.

Tibi non jam primum, sed
 saepe scripsi, non aliam
 nos à te expectare gratiam pro
 uxore (si quidem te à nobis be-
 neficium accepisse patet ob nu-
 ptias)

μοι) τὸ σφύρειν. ὁ αἰνῶν, δι' ὃν ἡμῖν οἷα δοῖν χάριτας ἀπο-
νέμειν, ἔξ ἧς ἡ συνάφεια ἔως ἡμῶς γίνεται, ἀρχὴν εἰ-
ληφέναι σοι φαίνεται. ἔρρωσο.

κτ'. Λειφραδῆ.

Α γάδεια, καὶ νεότητος ἀβυλία, πολλὰς ἀνθρώπων
ἀπάλεσεν. οἷς ἀμφοτέρωθεν τοῖς πάθεσιν, ἴσθι σὺ τ'
ὑὸν κεχρημένον. ἀδικέμεν. Δ' ὑπὸ αὐτῷ δι' ἃς παθῆ-
ρηναι αἰτίας, τ' ἀμυναι ἐπέσχηκα, σὸν βυλόμενος, ἐκ ὁκέτω
χρεῖζεσθαι. μαρτυρῇ γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἀείλῳ ἐπιέκειαι
ἔχον πατρὶ σταντῶ. δόωρ ἐκ ἐδοκίμαζον δι' ὑὸς ποιηταί,
λυπεῖν γῆρας πατρὸς οὐδὲν ἀδικοῦντος. ἔνα γὰρ ἔχον πᾶντα
τῶτον, εἰ καὶ πάντῃ φαῦλός ἐστι, δι' ἐρημίαν ἄλλα ἀφ-
δόχῃ, τέργεις. χακίαν γὰρ ὑὸς, πατρὸς εὐνοία νικᾷ. εἰ
μὲν τοι μὴ παύσεται πλεονάζων, ἀπειρή δὲ καὶ τοῖς
σοῖς πατρὶ γέλμασι καὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις, μὴ ἀγνοήσῃς,
ὅτι καὶ περὶ ἐμαυτῶ καὶ περὶ σὺ λήψομαι τὰς παροπλι-
σας παρ' αὐτῶ δίκας. ἵνα δὲ, ὅταν ἐκ' αὐτῶ γένηται τῷ
κακῷ,

ptias) quam ut illam ames, cuius
causâ gratias nobis deberi existi-
mas, utpote à quâ tecum nostri
sanguinis conjunctio auspicata est.
Vale.

26. *Ariphradi.*

Ιnsolentia & juvenilis temeri-
tas, quibus utrisque vitiis
filium tuum abreptum scias, mul-
tis fuerunt exitio. Ob causas,
quas tibi dudum commemoravi,
Injurias ab illo passus à vindi-
ctâ paulum abstinui, ut tibi, non
ut illi gratificarer: mihi enim

multorum testimonio singularis
tua æquitas constat. Quare nolui
ob filii vitium patris minimè
peccantis contristare senectutem.
Nam filium hunc, quem unicum
haves, etiam si omnino malus quia
tamen unicus sit, amas: nimirum
eges succedere; & filii malitiam
patris superat mansuetudo. Si ve-
ro delinquere ultra pergat, & ne-
que meis monitis neque tuis præ-
ceptis obtemperet, ne ignores,
me & mei ipsius & tui gratiâ de-
bitas ab illo poenas exacturum.
Ne autem cum in hoc incidere
malum,

χακῶ, ἀφαινεῖναι οἱ οἷς ὅτι, μὴ παραποιητῇ δοκεῖν ἡγο-
κέναι, τὰ ὑπὲρ ἐμῶ γεγραμμένα πρὸς σέ, καὶ πρὸς αὐτὸν
ἐκείνους περὶ τῶν αὐτῶν ἐπέταλχα. ἔρρωσο.

κζ'. Αντιμάχω.

ΕΙ μὲν ἔχον οὐκ ἀποδίδως τὸ δάνειον, ἐκὼν εἴ ποτε
εἴς· εἰ δ' ἔκ' ἔχον, ἀδικεῖς μὲν, τὸ δὲ ἀκύνει πρὸς
τοῖς ἀνθρώποις λογισμῶν σιγήσῃς ἀξιῶται. ἡ δὲ
σιγήσῃ, γίνωσκε, ὅτι μίλλησίς ὅτιν ἀπολήψῃς; ἢ παιτε-
λὴς χρημάτων ἀπόγνωσις.

κη'. Λειτομήν.

ΜΗ συνάχθῃ μοι περὶ τῶν τραυμάτων, ὡς πέπω-
μαι καὶ τῶν πόλεμον. τὸ μὲν γὰρ εὖναι καὶ συμ-
παθεῖς σε ἀγαπᾷ· ποσὺν δ' ἀπέχω τῶν βαρέως φέρειν
ὅτι τοῖς τοιούτοις, εἰ καὶ πρὶν ὀλίγον ἦλθον ἐξ αὐτῶν ἀπο-
θανεῖν, ὥστε ἀπολατὸν ἔθανά τε οἷον πᾶσιν ἀνθρώποις,
εὐξαίμην αὖ καὶ τῆς εἰμαρμένης θάπτον (εἰ καὶ πλείονα μοι
χρόνον ὅτι τέλει ζῶ) οἷον πολέμου τελευτῆσαι. τί γὰρ ἀνδρὶ
γενναίῳ

malum, suam expendens condi-
tionem, ignorantiam simulet, ea
ipsa, quæ ad te jam scribo, etiam
illi per literas indicavi. Vale.

27. *Antimacho.*

ΣΙ solvendo sis, & debitum
non reddis, sponte iniquus
es; si non sis, nihilò minùs in-
juriam facis, etsi quod ab invito
admissum est hominibus rem
candidè æstimantibus venià di-
gnum videatur. Hoc verò scias,
ejusmodi venià pecuniæ solutio

differtur, non de eâ desperatur.

28. *Aristomeni.*

ΝΕ tibi doleat quòd ego vul-
nera in bello acceperim.
Grata quidem mihi est bene-
volentia tua, & commiseratio:
Tantum autem abest ut illa mo-
lestè feram, etiam si iis poenè con-
fectus fuerim, ut cum plerisque
mors detestabilis videatur, opta-
rem ego, citius quàm destinata
dies poscit, (si fortè longius abfit)
in bello perire. Quid enim viro
forti

γυμνάσιον μῦθοι ἀγαθοί, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ νίκης ἀγωνιζο-
μένων, ἀπερείσασθαι τὸ βίον;

κθ. Ξενοπίηφι.

ΟΥκ ἀχθόμεν ταῖς ἀφροδοῖς, ὅτε ταῖς δίδας αἰ-
σχέται ἐφ' ἡμῖν ① μὴ διχάσως κατηγεροῦνται.
καὶ τὸτο δι' ὅθεν ἔπειν πίπτοντα, ἢ ἀφ' τὸ γινώσκειν,
ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις φύσιν χακοῖς, ἡμεῖς δὲ ἀφ' αὐτῶν καὶ
λατῶν πλεῖον ἰσχύσαν ἀνάγκην τοῦτο γινώσκειν συνέβη.
ἀφ' ἑρμῆ δὲ χαθόντι, ὅτι ἐγὼ μὲν τύραννος ② εἰμι, ἔχου-
σιν ἀφ' αὐτῶν ἀρχὴν ἔχον, ὁμολογῶ. ὑμεῖς δὲ ἰδιῶται
γεγονότες, πρὶν ὅσον δεδοίκατε νόμοις, ὁμολογεῖν δεῖν
ἀρετῶν.

λ'. Καταναίους.

ΑΧΘΕΝΤΕΣ αἰχμαλώτους τὸ ὑμετέρων πολιτῶν πιάς,
ὁδομίαν ὅκ τῷ μυνεῖν ἔχοντες ἐλπίδα σω-
θῆναι, διὰ τὸ μὴ σφόδρα ὑμῖν αὐτῶν ἀναμνησθέντων μέ-
λειν, οὐνοσε, ὅκ ὀπιλολησμένους ③ τὸ πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας
ἀπάντων

forti præclarius, quàm pro virtute
& victoriâ certantem, animam
projicere?

29. *Ξενοπίηφι.*

PArum me sollicitum habent
calumniæ, aut eæ, quas de
me iniqui censores foveant, opi-
niones. Neque hoc animo sum,
nisi quòd alios naturâ prævos
esse cognoscam, mihi autem hæc
ex eâ, quæ Diis etiam poten-
tior est, necessitate contigerint.
Quin & hoc mihi vobisque in-

terest, ego, cum tyrannus sim,
adeoque mei juris, *quicquid com-
misero* palam fateor, vos autem
privati, legum metuentes, quod
ingenuè fatendum erat, negatis.

30. *Catanensibus.*

CAptivos quosdam è vestris
civibus, qui spem mini-
mam salutis conceperant, serva-
vi, eò quòd vobis eorum cædem
non admodum tristem fore in-
telligerem; nec tamen ita ve-
stræ erga nos inimicitie oblitus:
omnium

ἀπάντων ᾧ ἂν εἴην ὀφειλομένοις, ἐπεὶ τῷ θυμῷ μικρότερον δίκαιον ἢ ὑμῶν λαβεῖν καταφρονήσαιμι. ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀξία ὑποχρῆναι μοι, τῷ ὑμῶν τὸ μέγεθος καὶ συμφορᾶς, ὧν ἐδράσατε, κακῶς ἀναμνήσθαι.

λα'. Ταῖς Στήσιχόρου θυγατρῶσι.

Ταυρομενῆται μὲν (ὡς ἔρ ὧν γράφετε ὅτις με, σὺ πολὺν ἔχειν λέγεσθαι ὡς τῷ πατρί, ὅτι μετήλλατε τὸ βίον) ὁδὸν ἡμῶν ἦσαν ὀπιτήδευοι τυχεῖν ὀφειλόμενοι. ὁδὸν δὲ ὡς ἐμοὶ πρόποτε πλημμελεῖντες ἔτ' ἔλαθον ὅτι μῦθοι, ἐξέμελλαν ἀδίκως καὶ κατ' ἐμοὶ πόλεμον. Στήσιχόρου δὲ ὅτι μόνον ταύτης τῇ χάριτος ἀξίῳ ὡς ἔρ ἐμοὶ τυχεῖν, ὡς αὐτῇται δι' ὑμῶν, τὰ λύτερα τῇ αἰχμαλώτων αὐτοῖς, ὡς εἰσεφραξάμενοι, ἀποδοθῆναι ὡς ἔρ, ἀλλ' ἐκείναι πᾶν ἀδυνάτων ὅτι μῦθοι. ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τῇ αὐτῇ δόξῃ πᾶσι (ὅτι ὁδὸν αὐτῶν εἶποι) ἐμοὶ γὰρ ὁ βίος ὅτις ἐπὶ τῇ. μὴ δὲ βίος τοῖς ἰσχύσει τὸ καὶ Ταυρομενῆται

omnium enim hominum essem obliuissimus, si vobis poenas irā mea moderatiores destinarem. Cum dignas autem mihi lueritis, supplicii magnitudo, quanta perpetrastis mala, vobis in memoriam revocabit.

31. Stesichori filiabus.

Vide Epist. 15.

Ταυρομενῆται quidem (quorum gratia ad me scribitis, &c. patris iussu, antequam e vita cederet, vos hoc facere significatis) nullo erant digni humani-

tatis officio. Mihi enim, ne ullo quidem modo laesse, iniuste bellum intulerunt. Stesichorus autem non solum dignus est, qui hanc gratiam a nobis consequatur, quam per vos petit, ut pretia scilicet quae ab iis pro captivorum redemptione exegi reddi jubeam; sed etiam si quid supra meas propemodum vires postulare. Etiam si enim quibusdam mortuus videarur (quod sane nemo sapiens dixerit) mihi tamen ejusmodi vir non est mortuus; neque odium meum in Tauro-

μνηστῆρ μῦθος, ὥτε Στησίχρεσι ἀπὸ τῶν ἀμύμων π μὴ λα-
βῆν, ὡς Φάλαρις ἔχει τὴν ἕξοσιν. πάντες μὲν γὰρ ἀνθρώ-
ποις ὑπὲρ ἐκείνους ἀρέπῃ πικρῶς, περὶ ὧν δὲ πάντων
ἐμὲ, τὸ ὅτι ποσά τας μυνείας ἀνθρώπων, ὡς ἐπεμάρτην,
ἀνδρὸς ἐκπαινετέρας ψυχῶν οὐκ ἰδόντων διὰ τὰ τε χεῖ-
ματα αὐτοῖς ἀποδοῦναι. περὶ ταῦτα· καὶ τὸ χεῖν ταύτῃ ἐ-
δεδόκειαι τῷ πατρὶ ὑμῶν (μὰ τοὺς θεοὺς) ἀλλ' αὐτὸς παρ'
ἐκείνους μᾶλλον εὐληφέναι νομίζω.

λβ'. Κειρομήμων.

Α Γαθοὺ μὲν ἔργον φίλος καὶ σὺ ποιῆς, καὶ πάντες ὅσοι
πλεῖστον τί μοι εἴ μετεῖς περὶ ἀνδρείας μαρτυ-
ρεῖς, πεπεισμένοι ταῖς ἐμῇς βελῶνς ἢ περὶ ἑξίστην ἡγήσασθαι
Λεοντίους. ἐγὼ δὲ σαφῶς οἶδα καὶ μὲν ἀναγκαῖον ἀμυνθῆναι
ὑπὲρ ἐμῶν πεπραγμένων, καὶ δὲ ἐκταγοπατίειν νίκην ὑπὸ
τῇ τύχῃ κατωρθωμένην. ὅθεν γὰρ ὅστις, ὃ φίλτατε, τὸ εἶ
ἀνθρώποις, ὅτε μείζον, ὅτε ἑλαττον, ὃ μὴ ταῖς ἐκείνης ῥο-
παῖς βεβαῖται.

λγ'. Κτη.

menitas tantum valere potest, ut
Stesichorus quicquid in Phalaridis
potestate fuerit non consequatur.
Sicuti omnes ab illo vinci de-
cet, ita me omnium potissimum;
qui ex innumeris quos novi ho-
minibus illustriori animam vidi
neminem. Quare reddi illis pe-
cuniam iussi, & me beneficium
hoc (Deos testor) non in pa-
trem vestrum contulisse, sed po-
tius ab illo accepisse existi-
mo.

32. Critobemo.

PRobi amici officium & tu
facis, & quicumque Leon-
tinos victos esse meis consiliis
aut factis persuasi, fortitudinem
meam supra modum predi-
cant. Ego vindictam me sumptis-
λοπίσθουσι, ἔγχα ἔμελλον ἐμωρέσωποι ἔσεσθαι τοῖς λοιποῖς, μηδὲν κατ' ἡμῶν τεκλιῶναι κακόν· ἄλλοι δ' ὅφεις ἐξηράθησαν, πῖες δ' ἄκρα φεικόμεναι, καὶ κατὰ τροχῶν ἐλυγιάθησαν, καὶ κεφαλὰς ἄλλοι φεισσυγιάθησαν· οἱ δ' ὡς ἐτυχεῖν ἀδικίας περὶ ἄρξαντες, ὁλέθρου περὶ καὶ δίκην ἀπορήσαντο, δι' ὧς ὁμολογῶμεν ἀνασταθῆναι τύραννοι, καὶ οὐκ ἀρνησόμεθα κατὰ ποιητῶν μοιarchίας ὀρεχθῆναι, ἐν δὲ παυσόμεθα ποτε τ' ὁμότητι, καὶ ἀπανθρωπίας· πρὸς δὲ τοὺς λεγόντας ὅμοιοί γε ἐσμεν ἄρχοντες, οἷόν τι ἐγνώμεθα περὶ ἄρξαν. μὴ δὲ δόξης, ὦ Στεσίχορε, καὶ ἐμὴ π τῶν ἐπῶν, ὅταν κατὰ δυνάτου γράφης ὀπιπνεῖσθαι· ὑποδέχου δὲ ἄσμενος τὰς θεὰς, δι' ἡμᾶς μηδὲν τ' ὅτι γινῇ ἡκύντων ἀποδυσπομκύνδμος. ἴσθι γάρ, ὡς μηδεὶς τυραννοκτονήσῃ Φαλαρεινὸν ἔξω τ' ἰδίας μοίρας, ὡς ἀπὸ νεότητι ἔχοντα κατ' ἐαυτῶν, ἐὰν καὶ τὰ τ' ὑμνοπύλῳ σιγηθῇ μέλη· ὅθι ἡκυσται αὐτῷ ἀναγκάτως ὁπότεν γέλη, ὡς ὀφειλομένην ἑαυτοῖς ὁμοίως ὑποδεξόμεθα. τοῖς δὲ πρὸς Εὐβυλον τυραννοκτόνοισι, ἐπεὶ

καὶ

sem sublatis, unde à cæteris conspici possent, eosque monere ut nihil contra nos machinarentur: nonnullis oculi exusti, *manuum pedumque* extremitates quibusdam amputatæ sunt, ipsique in rotas contorti; aliis detracta est capitum cutis; alii qui me injuriis provocarunt, acerbiorē mortem jure subierunt: ob quos sanè fateor me Tyrannum evasisse, neque inficior me potestatem contra sceleratos affectasse; imò id sævitæ atque inhumanitatis minimè deponam: erga bonos autem talem me gero imperator, qualis fui nondum

adeptus imperium. Ne igitur, Stesichore, aliquod carminum eorum, quæ in Tyrannos scribis, contra me inspiratum putes; quin musas libenter suspicè, neque quicquam, quod in mentem venerit, nostri causâ rejicias. Scias enim quodd nemo Phalarin occisurus sit citra fatalem diem, quam ab ineunte ætate nobis constitutam habemus, etiam si poetarum fileant carmina: quam, cum necessariò venerit, quando cunque id fuerit, eodem modo quo debitum excipiemus. Eubulo tamen cæterisque percussoribus, qui

ὡς αὐτὴν ἐπεχείρει, ἅθλα ἀπεδώκαμεν, ἔχ' ἀπαρὰ νόμων ποροσῆκε ἀνδράσι κερὴν δόξαν θηρωμένοις ὅτι χαθαιρέσθαι μιν ἀρχαί, ἀλλ' ἀπαρὰ τυράννων πλέον ἰσχύοντος νόμων. καὶ ἀπ' ἑνὸς ἵς ἡμερῶν θηρόμενον ἄχρι τῶν θηρῶν, μὲν πολλὰς ἄλλας αἰκίας πρόπας, τῇ λάβῃ διενυκλίερεν. σὺ δὲ ὡς ὅτι μήκιστον εὐτυχίης. ἔρρωσο. καὶ τὸ μὲν μηδὲν παθεῖν τοῖσι τοῖς ἀνισυνευξαμένοι σοι (παρὰ ἡ δὲ ἰδίας διχασούσης τῆς ἑξέως φαίης ἂν) ἀλλὰ μηδὲν δρᾶσά ποτε ἀνάγκην γινέσθαι φάλαριν παραπλήσιον. μέλοιεν δὲ σοι μεσῶν εὐκλεῖς πόνοι, πέμπε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ ποιημάτων, ἀπὸ τὰς παρὰ σὺν ἐπαλήθευ φροντίδας.

ρμή. Εἰναίοις.

ΕΓὼ οἶμαι μὴ καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐμαυτὸν αἶπον ὑμῖν γοργέναι· ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς ἐλευθερίας, καὶ μέμφομαι ὑμῖν ἀχαρείστοις εἶσι· τὸ μὲν τοι ἀργύριον ὃ ἐδδρεῖσασθε, ἀπόδοτε. καὶ γὰρ αὐτὸς οὗ χρεῖα εἰμὶ οὐ μετρία, καὶ περὶ πέμπε χρέματα δδρεῖζόμενος εἰς ἅπασαν Σικελίαν καὶ ὧ μὲν ἐχαίρεισιντο ἡμῖν, ὥστε

Λεον-

qui me, renuente fato, aggressi sunt, præmia reddidi, non qualia iis, qui inanem ex Tyrannicidio gloriam aucupantur, leges decernunt, sed qualia Tyrannus qui ultra leges valet: nempe in ferarum antrum apud Himerenses pectorum tenuis detrufi, post multa alia suppliciorum genera in eo tormento pernoctarunt. Tu verò quàm diutissimè fælix sis. Vale. Deosque precor, non dico ne quid tale patiaris (hoc enim tuæ virtutis debitum meritò dixeris) sed ne tibi necesse sit ut Phalaridi simile quicquam facias. Curæ tibi sint

præclara musarum studia; ad nos etiam mitte poemata, quæ præsentem sollicitudinem leniant.

148. *Ennenfibus.*

ΜΕ vobis fuisse libertatis autorem satis scio; neque tamen vestram hanc in re ingratitudinem reprehendo; pecuniam verò quam mutuo accepistis reddite. Ipse enim inopiâ non mediocri laboro, & per omnem Siciliam literas mitto, ut pecuniam mutuo sumam; quas nonnulli nobis donarunt, ut

Leon-

Λεοντῖνοι, καὶ Γελῶσι· οἱ δὲ ὑπέχοντι δανείσκειν, ὥς Υαλαῖσι καὶ Φινπιῖσι. τί αὖ οὖν πρὸς Διὸς αὐτοὶ ὑπολάβετε πρὸς αὐτῶν, τιμωκᾶντα δὲ δεδάνευσθε μὴ ἀποδιδόντες, ὅποτε ἄλλοι χαρίζοντι τὰ αὐτῶν, μηδὲν ἀγὰρ ὅν ὑπὲρ ἡμῶν πεποιθότες; εἰ δὲ πύθοντο οἱ ὑπερχημέριοι χαριεῖσθαι, ὅτι ἀντὶ τοῦ κομίζεσθαι τὰ ὀφειλόμενα τοῖς μηδὲν ὀφείλῃσι βαρεῖς ἐσμεν, ἅρ' ἐπὶ δώσειν οἴεσθε αὐτούς; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι μηδὲ τοὺς δανείσειν ὑπερχημέριους δανείσειν ἔτι, ἀλλ' ἐθυσμηθήσεσθαι, ὅτι ὁ μὴ ἀναπορεσσόμενος τὰ αὐτοῦ πρὸς τὸ ὀφειλόντων, ἔτι δὲ ἀποτίνει τοῖς δανείσασιν οὐ βουλήσεται. ταῦτα ποίημι ἐθυσμηθῆναι, εἰ μὴ ἀποτίνητε ἀδελφῶντες· εἰ δὲ μὴ ταῦτα αἰύσειεν, εὖ ἴστε, ὅτι ταχὺ σφόδρα καὶ λόγῳ κρεῖσσιν τι εὐρήσομεν, ὃ ἐπαναγκάσει ὑμᾶς, εἴπερ οἷόν τι ἀναγκάζομένους τὰ δίκαια ποιῆν ἔστιν.

Leontini & Gellenses; alii vero, è quibus Hyalæi & Phinties, se daturos pollicentur. Quid igitur (per Jovem) ipsi de vobis censeris, qui dum alii nullis à me affecti beneficiis opes suas ultro conferunt, ne mutuum quidem redditis? An eos qui nobis subsidia dudum polliciti sunt, cum resciverint me nihil debentibus gravem esse, debita interim non

exigere, quicquam adhuc daturos putatis? Ego sanè non puto: imò facillè credent eum, qui sua à debentibus non repetit, multò minus debita redditurum. His perpenſis pudeat vos *mutuum* non restituere; quod si hæc nihil valeant, erit aliquid ratione fortius, quo vos *ad justitiam* cogamus, si modò iusta agere possint coacti.

Φαλάριδος Τυράννου Ἐπιστολῶν

Τ Ε Λ Ο Σ.

ANNOTATIONES.

EPIST. 1. Ὡς ἐμοὶ πεποιθίπεις, ad quæ me *hortaris*.] i. e. moribus tuis nequissimis provocas.

Epist. 3. Εἰς τὸ τῆ δαιμονίᾳ πρόνοιᾳ ἀναφέρωντὰ περὶ ἐμοῦ.] Quasi dignus essem de quo vindæx Dei providentia pœnas sumeret.

Epist. 4. Οὗτος οἶδ' ἐκ Λυκῖνον πόρον &c.] Suum commemoravit, Lycini autem genus patriamque per contemptum præterit, quasi obscuræ stirpis, & incerti laris homo esset.

Ibid. Ἀσπλῆν ἐν ἡδοναῖς.] Cum intemperantiæ vitia *figillatim* perstrinxerat, nimis *generali* nomine vocat ἀσπλῆν ἐν ἡδοναῖς.

Ibid. Ἐκδοτὸν σε παραδῶσι Λιοντῖνοι.] Illi ipsi, quo magis doleas, quorum gratiam captas.

Epist. 6. Δι' αὐτὰ δὲ πάντα &c.] Nempe ob *senectutem* pater, qui jam nimium peccavit; ob *juventutem* filius, ne viciosam senectam attingat.

Epist. 7. Μᾶλλον γὰρ βέλομαι ἢ ἐκείνη ζωὴ σε λυπεῖν, malo te illius *vitæ* cruciari.] Utpote quæ tibi calamitosa erit, quia turpis.

Epist. 8. Ναυμαχίαν.] Primum navale prælium inter Corinthios & Corcyraeos commissum memorant: quod accidit Olymp. 28. An. 4. *Scalig.* 1509. *πυρραγωγ.*

Ibid. Τοσαύτη κακονομία.] Nimis apertè; magis dissimulandum erat in Ironicè dictis, quorum in eo præcipua vis est & venustas ut aliud sentias, aliud dicas.

Epist. 12. Καὶ ἀποσφαλῶμεν τὸ ἀρχεῖν, imperio exutis.] i. e. si quando fortè imperio exuamur.

Epist. 15. Ζῇ γὰρ ἐκείνου.] Erat verò mortuus Stefichorus ut patet ex Epist. 31. quem tamen Phalaris vivum reputat: uti & in Ep. 31. ἐμοὶ ὁ τοῦτο εἰ τίθηνκα & iterum in Ep. 54. μὴ οἶδ' ἔτι γὰρ νεκρῶν Στυσίχορον.

Epist. 17. Γράψι, reputes.] Elegantior est vox Græca: quasi dicat in computis tuis me debitorum scribas.

Epist.

Epist. 18. Χρεῖσιν ὑπέμενας μᾶλλον, ἢ γήμασαι &c.] Hanc Erythiæ fidelitatem, quam sæpe & summo cum affectu laudat, tandem illi mortis causam fuisse memorat Ep. 51.

Ibid. Ἀμφοτέρω, καὶ μήτις αὐτοῦ, καὶ πατρὸς, καὶ πατρὸς, ἔστιν.] Omitenda videtur vox πατρὸς ut in MS. *Scilicet*. ἀμφοτέρω enim non nisi duobus responderet.

Epist. 21. Πολύκλειτον ἢ ἱατρὸν ὑμῶν.] Negat vero *Celsus* aliquem ante Hippocratem extitisse, qui artem Medicam professus fuerit.

Ibid. Τῆς τέχνης αὐτῷ ἢ τέρπον μᾶλλον.] Patet tam ex iis quæ hic sequuntur, quàm ex Ep. 70. τέρπον ad mores referri, utcunque aliter senserint interpretes.

Epist. 23. Ἡ Φαλαέειδος πυρρὴν, ἢ Πυθαγόρῃ φιλοσοφίας πλεῖστον ὄσον δοκεῖ χειροῖσιν.] Cum ab omni Philosophiâ aliena est crudelitas, tum præcipuè à Pythagoricâ, quæ ita homicidio non favet, ut etiam brutorum sanguini parcat.

Epist. 24. Δύο γὰρ σοὶ μυριάδες ἐκ λογισµῶν λελοίπασιν, ex rationibus duæ adhuc myriades apud te restant.] i. e. duæ sunt myriades quarum mihi nullam rationem reddidisti, *vel aliter*, duæ sunt quas in computis tuis dissimulasti.

Epist. 25. Λιοντιάδην.] *Leontiades* non idem est ac *Leontes* Ep. 135. (ut opinatur *Naogeorgus*) qui Philodemi filiam duxit, Leontiadis enim uxorem sibi esse consanguineam hic memorat Phalaris: Philodemi verò filiam sibi ullo modo cognatam negat, Ep. 59.

Epist. 26. Δι' αἵς περὶ τὴν αἰτίαν.] i. e. δι' αὐθάδῶσαν καὶ ἀβελίαν.

Ibid. Διατείνων ἐν οἷς ἔτι, suam expendens conditionem.] Ἀφ' αὐτοῦ alium sensum hîc vix admittit, in eodem tamen usurpatum nullibi invenio. Melius itaque in MS. *Reg.* ἀφ' ἑνὸς. Sententiam sic legas, ὅταν ἐπ' αὐτῷ γίνηται τὸ κατὰ ἀφ' ἑνὸς ἐν οἷς ἔτι, cum in hoc inciderit malum ob ea quæ jam agit.

Ibid. Μὴ περὶ τὴν αἰτίαν ἡγωνιζέσθαι.] i. e. ut nullo modo simulare possit ignorasse se *quanta à te expectare debuerit supplicia*.

Epist. 29. Διαφέρει ἢ καὶ ὅσον &c.] Idem fere occurrit in Ep. 139.

Epist. 31. Στήσιον ἢ ἢ μόνον ταύτης ἢ χεῖρτος ἄξιος &c. Ea fuit in mortuum Stesichorum Phalaridis gratia, quam à nemine Poëta ille vivus sperarat

Θαύματος ἀνδρὸς παρ' ὅλως ἀνδρώπων χάρις.

Stesic. fragm. apud *Stob.*

Epist.

Epist. 32. Ταῖς ἱμαῖς βελαῖς ἢ ἀεφύξισιν ἐπὶ τοῦ Λεοντίνου.] Phalaris Leontinos bello victos arma deponere coegit, & conviviis vinoque enervavit: unde in nummis suis Bacchum *Κισσοκόμην* expresserunt. *Hubert. Goltzius in Histor. Sicil.*

Epist. 33. Ταυροβοῦνται.] Ita leg. apud *Goltzium* in numismatis. Legitur etiam Ταυροβοῦνται apud *Suidam* aliosque, & passim in his Epistolis.

Ibid. Νόμοι τῶν Ἑλλήνων.] Pleræque Siculorum urbes, uti erant Græcorum colonizæ, ita Græcorum leges retinuerunt.

Epist. 34. Ἐγὼ δὲ ἐνδέστερον ἢ δὴ φεύγω.] Legendum forsan ἐπιδέστερον, quam enim interpretationem ἐνδέστερον hîc admittat non video.

Ibid. Ἐρπετὶς, &c. reptilium.] Potius *serpentum*.

Epist. 36. Μετρητὶς καὶ μεδίμνος.] Metreta est liquidorum mensura Attica, continens 12 congios. *Adrian Jun.* Medimnus aridorum mensura 6 modiorum. *Suidas.*

Ibid. Εἰ μὴ καὶ ταῦτα &c.] Aptæ hæc erant dona in eorum usum ad quos mittebantur (ungendis in gymnasio athletic oleum, corroborandis frumentum: Juveni vinum quod musam exciter, poemata quæ imitetur, pueri qui ea transcribant) seditioni autem movendæ minime idonea, utpote parum pretiosa.

Epist. 37. Αἰακόν, καὶ Μίνα, καὶ Παδύμανδρον.] Innuit se Tyrannum licet, simile tamen fatum expectare, ac justissimi illi principes fortiti sunt.

Epist. 38. Οὐδὲ θεῶν τῶν δυναστεύοντι &c.] Dixerat in initio Epistolæ, si Deum aliquem securitatis sponsores haberet se Tyrannidem fortasse depositurum, nunc re attentius perpensa negat id sibi vel à Jove persuaderi posse.

Epist. 40. Ὅτι νύχθι μὲν ἔνιχα.] Verisimile itaque est coronam illam à certamine aliquo Paurolam victorem reportasse.

Epist. 42. Εἰ μὲν ὑπὸ τῷ σταντὶ ἑβόησιν &c.] Tui enim ejusmodi sunt mores, ut nullam à me sperare debeas clementiam.

Ibid. Σωφιστὴν ἔμεινε κατὰ δόξαν.] Prudentis enim est tali insidiatori non parcere.

Ibid. Ἐπεὶ ἔν μοι πενήθεισ ἀνδρὶ δόλι καὶ ἀπάτης, veni igitur ad me, mihiq; positâ omni fraude confidas.] i. e. positâ omni de me fraudis suspicione.

Epist. 46. Τοὺς ἀρχαίους, in exilium pulsos.] Vel fortè *desertores*.

T

Ibid.

Ibid. οἷς μὲν ὁ ἐλδοῦνός ἐστι &c.] Illius, quod modo dixerat, *Phalarin neque beneficiis neque injuriis quisquam superat*, luculentum exemplum: levissima enim erat triremis vel à Leontinis merſæ injuria, vel à Melitenſibus ſervatæ gratia; illis verò graviffimum ſervitutis ſupplicium, his ampliſſimum libertatis præmium rependit.

Ibid. οἷς μὲν &c. Μελιταινός δὲ.] Ita MS. *Cant.* Impreſſi habent οἷς μὲν &c. οἷς δὲ Μελιταινός.

Epist. 47. Τὸν δὲ ἐμύρομαι.] Solet verò iis irasci qui oblata ab illo munera non acceperint, ut in Ep. 133, 141. & alibi.

Ibid. ὁ μὲν δὲ ἐστὶν ἀνδραγαθὸς με καλῶν, ὁ δὲ ἐστὶν ἐζημιώσας.] Antitheta minimè diſtincta.

Epist. 49. Κατὰ φέρεται, caſu quodam.] Potiùs reddas *obortâ ſeditione cum Constantino* in voce *μείρεται*: ob Tyrannidis enim ſuſpicionem exulavit Phalaris.

Epist. 51. Θνητὸς δὲ ὄντας &c.] Hanc ſententiam ex veteri Poëtâ habet *Aristotel. Rhetor. lib. 2. cap. 22.*

Ἀθάνατον ὄργλῳ μὴ φίλατ' ἐστὶν ὄν.

Leges fere eadem apud *Eurip. in Philoct.*

Ὡς δὲ θνητὸν καὶ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,

οὕτω σωθήκει μηδὲ δ' ὄργλῳ ἔχειν

Ἀθάνατον —

Ibid. Οὐδ' ἂν ὑποδαγὼν ἐπ' ἀλαοίμην, nec mortuus quidem *obliviſcar*.] i. e. *obliviſci velim*, ita enim ſupra modum irascur ut doleat memoriam injuriæ vel in morte extingui.

Epist. 54. Τὺ το βαλιδεῖσιν, εἴτε δυνάδειςιν.] i. e. qui hoc in votis habuerunt & demum conſecuti ſunt.

Ibid. Ἐν μὲν Ἱμέρᾳ νεὸς ἱστάδω Στεφισχόρῳ.] De templo Steſichori memorix conſecrato nihil invenio: de ſtatua ejus Himeræ ita *Cic. in Ver, 2.* Erat hîc Steſichori poëtæ ſtatua, ſenilis, incurva, cum libro; ſummo, ut putant, artificio facta.

Ibid. Ἐν δὲ Κατάνῃ τέρῳ.] Steſichorus ad Catanam profuſus venit ibique interiit; Catanenſes prope portam Steſichoream (ejus nomine tum inſignitam) ſplendidum illi ſepulchrum erexerunt. *Suid. Pausan.* Hujuſce ſepulchri memoriam ſuo tempore extitiſſe ſcribit *Fazellus Dec. 1. lib. 3.*

Ibid. Ὡς ἔτε ἐλῶσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις ἔσιν εὐαρεπές· ἔτε μὴ ἐλῶσιν ἀσφαλές.] Ita reſtitui ex utroque MSS. *Bodleiano*, cum in hætenus impreſſis corruptiſſimè legatur, ὥς ἔτε ἐλῶσιν ὑμῖν

ὅμῳ πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις ὄσιν ἀσφαλές, ὅτε μὴ ἐλθόν ὅμῳ πόλιν ἐν Σικελίᾳ Σικελιώταις ὄσιν εὐσφρίπτε, ὅτε μὴ ἐλθόν ἀσφαλές,

Ibid. Οὐτε μὴ ἐλθόν ἀσφαλές.] Nisi enim vos prius eorum urbem, periculum est ne illi vestram capiant.

Epist. 55. Τὴν δὲ περὶ τῆς ἀποστολῆς ταύτης συντομώτερον, citius quàm hæc ad te festinare possit epistola. *Fortasse ita intelligendum*, citius quàm hæc scripta sit epistola: sit licet brevissima.

Epist. 56. Ὡσπερ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἀξίων λόγων.] Pythagoras scil. Stesichorus, alique; dicit etiam apud *Lucianum* multos Græcorum sapientissimos secum fuisse versatos. *Phal.* 1.

Epist. 57. Ἐδιδξας φάσιν οἰκείαν ἔκριναι καὶ ὁμολογῶ.] Ad Phalaridis Epistolam humanitatis plenissimam acerba nimis responsio, sed *Scythia* Philosopho fortasse non indigna.

Epist. 59. Ταῦτί μιν ἔχον τὴν ἀπολογία τὸ μὴ δυνάσθαι &c.] Non negat sibi objectum largiendi crimen, sed defendit.

Epist. 61. Εἰσπράττω.] Verisimile est fuisse hunc Epicharum Poëtam Siculum, quem eundem cum Epicharmo Philosopho Pythagoræ auditore faciunt Commentatores in *Laertium in vitâ Epichar.* etsi de poësi ejus taceat *Laertius*.

Ibid. Καὶ Δημοσθένους.] Quale fuerat Demotelis Phalaridi consilium videbis in Ep. 38.

Epist. 63. Ταχέως.] Melius *μυρίστω* ne coincidat cum *ἐκ οἰς μακράν*.

Epist. 64. Τισὶν ὁμῶς, vestrum alterutrius.] Potius *cujuspiam*: refertur enim ad *utrumque debitorem*, & *Tenacrum* simul: eadem de causâ pauld infra pro *utervis* reponere *aliquis*.

Epist. 65. Τῶν ἐπὶ ζώντων.] Legitur in Impensis pariter & MS. ἐκ ἐπὶ ζώντων. At non dubitavi expungere particulam *ἐκ* auctoritate Ep. 78. ubi apertè dicitur semper cautum fuisse Stesichoro ne quid de sui sæculi viris scriberet.

Epist. 66. Εὖ μὲρ τοι καὶ τὸ τοῦτο ἴδω, ὅτι τῶν μὲλλεν καὶ ἄλλος &c.] Crudelitatem suam fallaci argumento defendit Phalaris: dicit Perilaum ideo in Tauro periisse, quia hoc tormenti genus invenerat, in quo alii erant perituri, qui si nulli demum fuerint, injustè periisset. At certè æquum fuit plecti Perilaum illius necis artificem, quam alii poterant subiisse, etiam si nemo subierit.

Ibid. Τὰς περὶ τούτων αἰτίας, hoc tormenti genus.] Ita videtur se habere sensus, obscura sunt verba: possis interpretari, *horum*

suppliciorum causas, vel huiusmodi contra me accusationes.

Ibid. Καὶ τὸ δύσκολον ὑπὲρ τῷ μὴ προσκύνειν, ἐπὶ τῷ φοβερῷ δουρῶν τῇ τοῖς ἐπικυλοῦσιν ἀναδιδόμενῳ, & injustam Tyrannidis adversus infidiatores infamiam vitans.] *Potius ita reddas, & cum aliorum nihil ad me spectantem gratiâ Tyrannici adversus infidiatores animi infamiam subiero.*

Epist. 67. Εἴ πῃ καὶ συγκρίσιν ἐξυπακούειν.] i. e. si qua digna fuerint quæ cum iis comparentur.

Ibid. Ἴσως ἀξίῳ πᾶσιν τῇ.] i. e. cave ut Tyrannidem neque patiaris neque exerceas; sed in Democratiâ vivas, ubi omnes æquali sorte utuntur.

Epist. 68. Μὴ δὲ καταδιδόμενός με.] Legendum fortè μηδὲν καταδιδόμενός με; nihil me reveritus; aliter poscit constructio Græcis usitatior ut μὴ verbo sequenti referatur, quod sensum reddet confusum.

Epist. 69. Πατέρους ἂν εἴη τοῖς μᾶλλον, ἢ μητέρας.] Videtur ab eo dissentire quod supra dixerat Ep. 19. πατέρες ἀμείνων μᾶλλον, ἢ μητέρες &c.

Epist. 70. Τιμὰς τυραννοκτονίας.] Constat ex hac Epist. Phalaridis inimicos singularis præmii spe Polycletum sollicitasse; quanquam etiam Tyrannicidis præmia à legibus constituta essent: ut videbis in Ep. 147. & apud *Lucian. in Tyrannicidâ.*

Ibid. Τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς χρείστηα, animi mei pignora.] Nempe ob eam, quam tibi acceptam refero valetudinem.

Epist. 71. Μὴ χρεῖσθαι σωτηρίαν ἀνδρώπῳ, salutem illi non concedere.] i. e. illius gratiâ, alteri salutem non concedere.

Epist. 73. Ἐν ἱμέρᾳ συνωπείσης κατ' ἐμὴν ἐπικυλῶν.] Eubuli & Aripphanti insidias intelligit. De quibus Ep. 71. quas etiam in templo instructas fuisse memorat Ep. 147.

Ibid. Ταῦτα μὲν ἐν ἰδέοις ἂν τῶν ἄλλων ὑπολάβοι.] Me scilicet crudelem adeo Tyrannum divinâ providentia conservatum.

Epist. 77. Μᾶλλον ὅτι βαλομένης εἶδναι, & ὑπὲρ τὸ πόνητος καὶ ἀεὶ καὶ προσέξοντα ἀπὸ πᾶν τυραννίδα.] Visus est Cliftheni Phalaris ita despectui habere Democratizæ fautorem, ut illum notitiâ suâ indignum censuerit, ideoque de rerum ab illo gestarum felici exitu minimè sollicitus esset.

Epist. 79. Ἐπίδωκας αὐτὸν εἰς ἃ παρεχάμην, summam dedisti operam in iis quæ à te petii.] i. e. in iis argumentis quæ in superiori Epist. tibi proposui.

Ibid.

Ibid. Ἔσονται Ν &c.] Locus corruptus; si pro ἔσονται legas αἰνέσονται constabit sensus.

Epist. 81. Τοῦ γὰρ ἀληθῶς ἔχειν τὸ πόνον &c.] Ita MS. Cant. Impressi legunt τὸ γὰρ ἀληθῶς μὴ ἔχειν τὴν πόνον &c. *sensus est*, nisi illum, quem furto apud me arguitis, huiusce criminis reverà damnetis, me à vobis delusum censebo.

Epist. 82. Τῆς ἐν Καμαρίνῃ πολιτείας, μὴ πεπεισμένη &c.] Legitur in MSS & Impressis τὴν ἐν Καμαρίνῃ πολιτείαν κατ' ἑμοῦ &c. sed κατ' ἑμοῦ aperte redundat, statim enim sequitur κατ' ἑμὲ στρατιᾷ ἀγείρειν.

Ibid. Κατὰ τὴν ἀξίαν ἔχων ὧν δίδραχμας, ἀλλ' ὧν πένταχμας, ἀνάσσει.] Inepta est & frigida antithesis; nisi ita intelligas; Ob ea quæ patieris, etsi non possis dignè pro facinorum tuorum meritis pati, satis tamen dolēbis.

Ibid. Εἰ γὰρ ἐμολίσσαμην πείσῃ, ὥσπερ ἐκπέπληξαι σὺ &c. Si enim, quod tu ita expavisti, nobis curæ esset *Camarinensibus quicquam* persuadere &c.] i. e. Si sollicitus essem, ut Camarinensibus arma deponere, pacem mecum inire, tuis consiliis non auscultare, vel ejusmodi quicquam suaderem; quod tu non sine timore suspicatus es, &c. Hunc è verbis obscurissimis sensum eruimus; si pro πείσῃ legas δέσῃ facilius erit explicatio, viz. si ego timidus forem, uti tu es.

Ibid. Τὸ μικρόν ἐναρμόσιον σταυτὸν τῆς παρ' ἡμῖν ἀπολέσθαι βασιτισθείω.] Nimirum dignus es qui in tormento nostro nunquam penitus intereas, sed æternum crucieris: ut ex sequentibus patet.

Ibid. Δεῖ γάρ σοι κολαζομένην τὴν ψυχὴν ζῶντος, εἰ οἶόν τι, μακροτέρου βίου.] i. e. Vellem vitam tuam in tormentis producere ultra constitutum tibi à naturâ vivendi terminum.

Epist. 84. Τοῖς παρ' ὑμῶν θεοῖς.] Celeberrimum apud Messanenses sacrarium memorat *Cic. in Ver. 4.* huc fortè dona sua miserat Phalaris.

Ibid. Σὺ γὰρ τοῖς ἄλλοις, δι' ὧν αὐτὰ κέρως ἡγύσασθαι, σεβασμολογήκασι μηδὲν ἔχον μυσσάρον τῶν ἀπεχρησμένων.] i. e. Eo quòd dona hæc (quæ Diis, utpote polluta, indigna censuistis) vos ipsi acceperitis, non polluta esse confitemini; si essent enim, oportuerat vos non accepisse. Eodem fere argumento utitur Ep. 140. ἔγὼ δὲ ὄντως &c.

Epist. 85. Ζαγκλείης.] Zancle jam dicta erat Messana à Messeniis

Messenius Græcis qui huc migrarant circa Olymp. 39. non diu ante Phalaridis tempora; fortasse igitur vetus nomen nondum penitus interierat.

Epist. 87. Πολλῶ δὲ χρῆσθον ἔστι &c.] Jambos hosce nufquam legi.

Epist. 88. Ὡσαύτῃ καὶ σείστρον ὑμῖν ἐπέσειλα.] Nempe in Ep. 108.

Ibid. Πῶς δὲ Στεσίχορον βελυσσύμεθα.] Stesichorum liberatum videbis Ep. 93. De Conone, Dropidâ & Stesichoro à Phalaride captis ita *Tzetzes in Chil. v.*

Κόνωνα Φάλαρις ἀπέσφαξεν εὐδαίως,
τὸν δὲ Δροπίδαν ἐπιμύσεν ἐντήμως τῇ πατρίδι,
Στεσίχορον δὲ ὁμόθυρον εἶχεν αὐτῶς, καὶ φίλον.

Ibid. Καὶ ἔδῃ γοῶντι αὐτῶς, ἔδῃ συγγενεῖς πάλῃ ὄντας.] Hanc inter alias affert rationem cur Cononem interfecerit, ut neminem præter ipsum peccantem contristare velle videatur.

Epist. 91. Ἐπὶ δὲ τὰς τύχας ἀεὶ βέλους, εἰπεῖν μᾶλλον ἡναρδότερον πεφυκὸς ἢ ἀκύνου.] Melius omisso commate ita reddas; Nec non fortunæ inconstantiam narrare potius, quàm ab aliis narratam audire idoneus.

Epist. 92. Οὐδ' ἂν εἰ θεὸς σὶ περ καὶ ὑμᾶς τοῖς ποιηταῖς αἰσώσῃ.] Id quo fugæ suæ prætexuit *Horatius Od. 7. lib. 2.*

*Sed me per hostes Mercurius celer
Denso paventem sustulit aëre.*

Alludit fortasse Phalaris ad eos quos *Homerus* Deorum ope nebulâ obductos fingit. *Iliad. 3. 382. Odyss. 7. 14.*

Epist. 94. Αφελβίδου ἡμᾶς ἐλάσσω ἀρχῶν, πῶς μείζων δέδωκε.] i. e. Eo quodd Himerensibus persuaseris ne meis imperiis exercitum ultra permittant, mihi majoris imperii in illos obtinendi copiam fecisti: possum enim illos, hoc usus prætextu, eodem modo ac Agrigentinos Tyrannidi meæ subicere. hoc enim illis minatur Phal. Ep. 121. Scribit vero *Aristotel. in Rhetor. lib. 2. cap. 21.* Stesichorum in Phalarin, qui tum Himerensium copiis præfuit, hanc fabulam contextuisse: quam ita reddit *Horatius Epist. lib. 1. 10.*

*Cervus equum pugnâ melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frænumque recepit.
Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frænum depulit ore.*

Ibid.

Ibid. Εὖ μὲν τι ἴδι &c.] *Quasi dicat*, Tu certè hoc non ignoras, qui apud me Agrigenti captivus eras, & Cononem vidisti in tormentis meis pereuntem. Colligi enim potest ex Epist. superiori Stefichorum, postquam à Phalaride dimissus erat, nova in illum consilia esse molitum.

Epist. 96. Εἴθε ἀπὸς τὸ δόξαν.] Nimirum ut Leontini tuis consiliis acti bellum contra me suscipiant.

Epist. 97. Τραγῳδίας.] *Plato in Min. Dialog.* contendit Tragediæ originem non à Thespide sed multò altius esse repetendam, adeoque ut videtur, longè ultra Phalaridis ætatem.

Epist. 101. Οὐκ ἐπ' αὖτις ἐπιβέλουσιν.] Neque enim ulterius vivunt.

Epist. 103. Πειθεῖτε δὲ μηδεμῶς &c.] Id ex patre didicisse potuerant, cujus hoc extat fragmentum apud *Stob.*

Ἀτελέστα γὰρ καὶ ἀμήχανα τοὺς θανόντας κλαίειν.

Ibid. Μὴδὲ ὑπαιρέδει τιτὸ δόξαν.] i. e. Ne lugete eum tanquam morte extinctum, qui in ore omnium semper vivit.

Ibid. Εἴη θεῖας πύλης, ὥσπερ τὰ λοιπὰ τ' φύσις σοιχεῖα, καὶ τὸ κτ' ἢ Αἴτνῳ πῶρ μεμοῖραται.] Animam mundi intelligit per universa elementa diffusam, secundum Pythagoricos.

Ibid. Τὸν πάντων ἐπόπην ἥλιον.] Solem præcipuè nominat, vel quia (ut ait *Homerus*) πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἀπακίει, vel quia caloris author sit, adeoque illum meritò expectent vindicem, qui ignem innocentium sanguine polluerunt.

Epist. 105. Τῷ σὺ πατέρι.] Verisimile est Nicæneti patrem fuisse Ariphraden, quem de unici filii insolentiâ & temeritate humanissimè admonet Ep. 26.

Epist. 106. Ἐπὶ τοῖς περὶ αὐτὸς ἀλλὰ κακοῖς.] Desunt hæc verba in Codicibus Impressis: ea inserui ex utroque MSS *Bodl.*

Epist. 110. Ἐπὶ τῷ λόγῳ βλαβέντις &c.] Videbis in Ep. 77. quo contemptu Phalaridis consilium Clithrenes excepit.

Epist. 119. Αἰτιασάμενους.] Ita censeo legendum; omnes Codices habent αἰτιασάμενους, procul dubio corruptè.

Epist. 121. Τὲ δὲ μὴ ἐξοῖναι δίκαιον π' ἀφ' ὧν.] Impeditis justitiam meam, cò quòd illos ad me non mittatis, de quibus justa sumam supplicia.

Epist. 122. Οὔτε ἠκούσαμεν γόων &c.] i. e. Vociferatio, quæ ad aures meas pervenit, non hominis gemitus, sed tauri mugitus videbatur.

Ibid.

Ibid. Πάσης ἀμυνῆς ὄψαρχὸν ἐπιμαρτύροιστο.] In MSS *Cant.* hæc sequuntur immutata paulum punctatione: ταυτὸν ἐν τῷτ' ἐὰν φάλαεις, οἷς πλὴν ψυχῇ ὑπὸ τοῦ καρτερησάντων ὑπ' αὐτῷ παθῶν, ἐργάσῃ) (κἂν πολλὰς περὶ τὴν ἀπολογίαν τύραντος ὦν) ἐν μέσους ἀξίῳ ὄσιν; ὁ μὴδὲν μαδῶν ἀνήκεστον, ὃ φίλταται, μὴδὲν ὃ μελὶθ [μελήτας] ἐκτοπῶ ἐν πικρῶς, ἐχθρῶς ἀξίῳ; ἐχ' ὅπ' ἐπὶ τῷ παθεῖν ἀνταμυνάμεν. ταῦτον εὐρὺν Πτείλαον &c. Verba obscura sunt & mutila: à Græculo quodam, qui sententiam superiorem πῆς γ' ὑμῶν ὃ ἀδυνατοῖ &c. non satis plenam putavit, adjecta videntur; quibus hoc fortè intelligi voluit. Si igitur Phalaris, cum vita à quibusdam, qui sub ipsius potestate vivunt, insidiis petatur, idem faciat (eisi multa interim, cum Tyrannus sit, excusatione *indigeat*) estne odio dignus? qui nihil inhumanum, Viri optimi, nihil *cuiquam* grave aut acerbum meditatur, odione dignus? Minimè vero; cum de aliis poenas sumit, ne ipse patiatur. Post *ἐπιμαρτυρίῳ*, adduntur hæc in eodem MS. ἐν τ' χαλεπὸν ἕνα ἐν παντὸς ἐπιτίθειτο ὀλέθρου παρ' οἰκίας τύχης [τέχνης] ἑμαδόν. i. e. & illum esse acerbum quendam & omni supplicio dignum ex hoc ejus artificio intellexi.

Ibid. Τοῦτον εὐρὺν Πτείλαον, talem expertus Perilaum.] Nempe insidias struentem; non mihi quidem, sed humano generi.

Ibid. Οὐτε ἐγὼ ἰδιωτικόν, Πτείλαῳ ἂν ᾧ, ἔτε ἐκείνῳ μοναρχῶν, φάλαεις.] i. e. Ego, si privatus essem, tale tormentum in humanum genus non excogitarem; neque, si monarcha esset Perilaus, justam adeo de ejusmodi artifice poenam sumpsisset.

Ibid. Εἰ δὲ τις ὄσιν, ὃ ὁ μὲν ἐκ ἡρίων, ἰδίῳ ὡς ἰδίῳ Πτείλαῳ ἀρετὰ περὶ τὸν φάλαειν.] Nimirum injustis & Perilai similibus justa non placet sententia. Legitur in omnibus Codicibus *ἀεὶς*, pro quo legendum est *ἀρετὰ*, ut rectè conjecerat *Naogeorgus*.

Epist. 123. Πρὸς ἰδιώτας.] Quorum siquidem alii cum matre tuâ, alii cum uxore familiaritè versati fuerint; adeoque licet harum utraque tacuerit, ille te spurium, hi currucam norunt.

Epist. 130. Αλλ' εἰ μὴδὲ σὺ σαυτὸ περὶ με εὐεργατεῖν βεβλημένον ἂν ὀνεικίζετο ὀφθίσῃ.] Ita emendavi ex Ep. 60. ubi idem ferè occurrit; cum antea mendosè legeretur, ἀλλὰ μὴδὲ σὺ σαυτὸ περὶ με εὐεργατεῖν βεβλημένον ἀνεπιτέλλετο ὀφθίσῃ.

Epist. 131. Θιανῶ.] Philodemi filia, ut patet ex Ep. 131.

Epist. 132. Εμαρτύρομαι ἡμᾶς ὡς κατὰ σὺ πλὴν ἀρχῇ πικρὰν ἔχον-
τας.] i. e. Ad me confugit quasi ego apud te magis valere
possem,

possem, ut redeas: uti paulò infra sequitur, κἀκούει μιν &c.

Ibid. Επλοκαμένη δ' ἑαυτῆς πατέρα &c.] Quodnam auxilium à patre imploret Telestippe à marito desertà, obscurè innuit: nec nobis manifestum esse potest, quod illi, ad quem scribit, conjiciendum relinquit.

Ibid. Οὐκ ἔστι οἷομαι σὶ Φάλαριν φοβεῖσθαι, ὡς Τηλεσίππῳ φοβεῖσθαι.] Redundat φοβεῖσθαι quid si legas? ἐκ ὧν οἷομαι σὶ Φάλαριν φοβεῖσθαι, ὡς Τηλεσίππῳ φοβεῖσθαι.

Epist. 133. Οὐκ ἐστὶν ἡμᾶς χρεῖσθαι ἐκ εὐπερίῃ, ἀλλ' οὐ πείθει.] Minatur se à Polymnestore beneficia non ultra accepturum: ignobilem animum non tangunt hujusmodi minæ; generosum, qualique erat ipse Phalaris multum commovent.

Epist. 136. Τὸς θεοὶ Κλεόμβροτον.] Reddas, Cleombrotum cum sociis. Patet enim ex αὐτοῖς plures fuisse cum illo conjuratos.

Ibid. Χαλεπὸν μὲν, εἰ καὶ πάντ' συνέβαιεν αὐτοῖς πολέμῳ Διφραγέτιοις, τὸ πειθύνεσθαι ἀψάσαι τ' ἔργον.] Ita pessimus es orator, ut tibi ne utilia quidem suadenti obsequantur.

Ibid. Ὁ θυμὸς ἐστὶν μικρὰ ἔστιν ὅτι τέτυκται ταλαπείαι.] i. e. Et si bellum per se satis grave sit, tamen propter te illius suaforem videtur illis adhuc gravius.

Epist. 137. Εἰ ἐν ταύτῃ ἐστὶ τῆς γλώττης, quòd si hoc animo non fitis.] Videbatur mihi deesse particula ἐκ. Sed fortasse rectius ita se habet sententia, Etiam si fitis animi adeo ingrati, tamen si vos inopes cognoverim, mea vobis non deerit liberalitas.

Ibid. Τὰ δὲ δὴς καὶ φασίς.] Qualem describit Periandrum Ep. 81.

Epist. 138. Ολίγους γὰρ ἡμεῖς τὸς ἀγωνισμένους, paucis qui pugnavimus.] i. e. Non conductis militibus qui serius venerunt.

Epist. 139. Οἱ γὰρ ἀνδρῶν.] De famà enim apud posteros sum sollicitus.

Epist. 140. Τινὲς ἐπὶ τῇσι, ἀλλὰ καὶ πάντων εὐσεβέσταται χεῖρον.] Messenii scil. de quibus queritur Ep. 84.

Epist. 142. Τῇσι θυγατέρις γάμον.] i. e. Ut agerem de filiarum nuptiis; nondum enim nupta erat.

Ibid. Τοῖς ἐν ποσσίν.] Quæ ante pedes sunt. Terent.

Ibid. Τότε με δοῦναι χρεῖν.] Omnes Codd. legunt μὴ δοῦναι, sed nescio quo sensu intelligi possit.

Epist. 143. Ἀπὸ φιλοδότης ὁδομαχίας ἐν τῇ παύσει ἔχειν, Philodemi loco è filia aliquid solatium speras.] i. e. E filia apud te detentà; cujus consortio conjugis vice frui optas.

U

Ibid.

Ibid. Εἴρηται τοῖς τοῖς πατέρα εἰκὸς εἰργασθαι.] i. e. Iis rebus impeditur, quæ illum satis excusatum habent, quodd nuptiis non interfit.

Ibid. Μῆδεν δὲ ἥσυχον ἢ παρὲς αὐτὸν φιλοφροσύνῃ, tum maximè mea in illum benevolentia.] Vel fortè tua benevolentia; mea, quasi potestatem habeam illum salvum præstandi; tua, quasi Dii tam piis pro illius reditu votis non possent non annuere.

Epist. 144. Τῷ σοφίᾳ.] i. e. Poësin. A Poëtis enim tradita erat omnis veterum sapientia. Unde ait *Horat. de Art. Poët.*

— fuit hæc sapientia quondam.

Ibid. Οὐδὲ εἰς δευτέρῳ γυναικὶ μὴ εὐτυχῶ ἴδους πόρον.] i. e. Quæ secundas habet, longe ab illâ quæ prima est, distat; eodem fere sensu quo dixit *Virgil.*

Proximus huic, longo sed proximus intervallo.

Ibid. Λιλάδαμν εἰαυτοῖς ἐπαγγέλλοντες τὰ δάκρυα.] i. e. Fallimus nos ipsos pietatis specie; revera enim nobis dolori est non amici defuncti mors, sed nostræ mortalitatis recordatio.

Ibid. Οὐδὲ εἶν, ὃν πᾶσι τῇ γνομένῳ ἔπειθ' ἐποδίζετα χεῖμα τερσινώπτεον.] i. e. Omnes pari modo morti debemur, nec quicquam est, qui queri possit de durâ præ aliis sorte.

Epist. 145. Τὸ ἀργύριον τὸ παρ' ἡμῶν, ὃ μὴ σὺ κομίζεαι ἐκλήδης.] Ita rectè uterque MSS *Bodl.* Impressi legant, τὸ ἀργύριον τὸ παρ' ὑμῶν ὃ μὴ σὺ κομίζεαι ἐκλήδης.

Epist. 147. Ἀ' παρὲς ἡμῶν &c.] Nescio an in versione Authoris sensum affecutus sim; Græca obscura sunt & mendosa passim in hæc & 145 Epist. quibus nullum habeo è MSS subsidium.

Ibid. Εἰς πύσαντον ἀρμόσκαμν καὶ εἰς ἐταρεῖαν ἐμοίναμν, Tyrannum quidem egimus, & pariter in *Himerensium* amicitia perstitimus.] i. e. Nollem meam cum Himerensibus amicitiam violari, etsi quosdam eorum cives mihi insidiantes suppliciis affecerim. Potest etiam ita reddi, Quicquid in me Tyranni erat vici, & in tuâ *Stesichore*, amicitia perstiti.

Ibid. Δικαιοσύνη τῆς ἀμύνης νόμος.] Insidiatori enim (ut ait *Cicero in Milon.*) quæ potest afferri injusta nex? est autem hæc non scripta, sed nata lex &c.

Epist. 148. Ταλαῖοι.] Nullum hujus nominis in Sicilia populum inveni: legendum puto Ταλαῖοι, quos in agro Gelloo sitos memorat *Thucyd.* l. 6. Erant verò plures Hyblæ in Sicilia.

I N D E X

I N D E X

RERUM MEMORABILIVM.

A:

A Baris, Philosophus Scytha, Apollinis Sacerdos: plura de ejus tam cum Pythagora quam cum Phalaride colloquio narrat Jamblichus in vitâ Pythag.

Illius familiaritatem expetit Phalaris Epist. 56. ille renouit 57.

Æacus, Minos, Rhadamanthus Judices inferni Ep. 37.

Ægesta vel **Egesta**, Latinis plerumque **Segesta**, urbs mediterranea ad occidentem Siciliæ sita; ab **Egesto** (quem **Acestem** vocat Virgilius) Trojano statim post bellum decennale condita Dionys. Halic. lib. 1. cujus fabulosam originem leges apud Servium ad **Æt.** 1. vers. 554.

Minatur **Ægestæis** Phalaris si ab illo in exilium missos recipiant Ep. 46.

Ætna, mons Siciliæ, incendiorum famâ nimium notus.

In illam 30 Phalaridis subditi à Catanensibus conjecti sunt. Ep. 104.

Agrigentum, Virgilio **Agragas**, hodie **Gægeni**, urbs mediterranea versus meridionale latus Siciliæ, à Gellenis condita Thucyd. lib. 6. & totius Siciliæ exceptis

Syraculis amplissima: fusa illius descriptio apud Diodorum lib. 13. Sub Phalaridis imperio fuit Ep. 4.

Alæsa vel **Halefa**, inter Siciliæ civitates imprimis numeranda, Cic. in Ver. 3. maritima est in occidentaliiori insulæ latere.

Ab **Halesinis** copias contra Phalaridem petiit Stesichorus; uti & ab **Alunio**. Ep. 92.

Aluntium, **Aleuntium** Plinio, **Alontium** Ptolemæo. *Supra mare situm est opidum difficili ascensu atque arduo*, Cic. in Verr. 5. non procul ab **Alæsa**.

Animam cuique magis curæ esse oportet quam corpus. Ep. 67.

Aristolochus, Poëta malus, quem Phalaris facete reprehendit, quod in ipsum versus scripserit. Ep. 63.

Astypalæa, urbs Crætæ; in qua natus Phalaris. Ep. 4.

Astypalæensium cum Phalaride amicitia Ep. 119.

Atheniensibus se excusat Phalaris, ob Perilli supplicium. Ep. 122.

C.

Camarina, hodie **Camara**, urbs Siciliæ maritima, non mediterranea ut ait Ptolemæus. Cluver. Sicil. Antiq. iib. 1. c. 14. sita est ad meridionalem insulæ oram

U 2

non

I N D E X.

non procul à Peloro, ubi cognominis illa palus notissima

— *fatis nunquam concessa moveri*, ut ait Virg. *Æn.* 3. v. 700.

Camarinenſes contra Phalaridem excitantur oratione Leontidis Ep.

15. Timandri 82. 136. Lamachi 113. Nicarchi 114.

Caphareus, mons Euboeæ, scopulis terribilis, & Græcorum naufragio cum à Trojâ redirent, celebris. Ep. 92.

Catana, hodie *Catania*, urbs maritima in orientali Siciliæ orâ, à Naxiis condita. Thucyd. lib. 6. Catanenſes 30 Phalaridis ſubditos in Æthiam præcipitant Ep. 104. Steſichorum ſepeliunt 54.

Charybdis, Gorges vorticofus in ſtreto Siculo Scyllæ oppoſitus, de quibus paſſim multa poëtæ. Ep. 92.

Conſolatio ad Lacritum ſuper amiſſo filio. Ep. 10. ad Steſichori Liberos ſuper Patre mortuo. 103. ad Nicodem ſuper mortuâ uxore. 144.

Creta, Hecatompolis dicta, hodie *Candia*, inſula ex adverſo Peloponneſi, unde mare, quod interfluit, nomen accepit. Ep. 69.

D.

Debitorẽ minime oportet prodigum eſſe Ep. 81. æquẽ tenetur ille juſto aut injuſto debitum ſolvere, 83. creditorem, cum inveniatur, laudare ſolet; cum ad ſolvendum poſcitur, vituperare. 83.

Demoteles, Philoſophus Fazell. Dec. 1. lib. 6.

Phalaridem hortatus eſt Tyrannidem deponere Ep. 38.

Dona non tam in dantis laudem cedunt quàm accipientis, modo recte iis utatur. *Epist.* 119.

E.

Engyum, urbs Siciliæ mediterranea non procul à Syracuſis.

Engyini Phalaridis ſubditos in carcere detinuerunt. Ep. 107.

Enna, loco præculſo atque edito eſt, qui locus, quod in media eſt inſula ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur, Cic. in Verr. 4. à Syracuſis duce Enno condita eſt Steph. Bizan. Ennenſibus Phalaris remittit pecunias, quarum ſe à Periandro ſpoliatos ſimulant. Ep. 81. multa mutuatur Ennenſes, pauca ſolvunt. 137, 148. immemores ſunt libertatis, cujus iis author fuit Phalaris. 148.

Epicharmus, Siculo, Poëta comicus & Philoſophus: cujus meminerunt Hor. in *epist.* 1. lib. 2. & Cicero in Tuſc. Quæſt.

Phalaridem hortatus eſt ut Tyrannidem deponeret Ep. 61. bonum ſert de Phalaride Teſtimonium. 98.

Erythia, Phalaridis uxor.

Illius pietas in virtum Ep. 18. in filium, ib. mors, 51.

Exprobatio ingratitudinis Ep. 2, 52, 60, 106, 137. debiti non ſoluti, 27, 137, 148.

F.

Fatum cuique ſequi à Deo eſt conſtitutum Ep. 37, 147. æquẽ omnibus commune eſt 87, 144.

Fides inter homines rara Ep. 34. eam Phalaris nunquam violavit 41, 42. perinde eſt fidem in iurandum violare, 41.

G.

Gella vel Gela, urbs Siciliæ mediterranea inter Agrigentum & Camarinam ſita: quam Antiphemus à Rhodo & Entimus à Creta color

I N D E X.

colônias ducentes communi opéra condiderunt. Thucyd. lib. 6.
Decem talenta Phalaridi pollicentur Ep. 118. Phalaridi inopiâ laboranti pecunias mutuo dant, 148.

H.

Hyalæi. Vide notam ad Ep. 148.
Himera, celebris urbs Siciliæ, maritima, occidentem & septentrionem spectans; à Zancleis condita Thucyd. lib. 6. ab Hannibale diruta Diod. Sic. lib. 13.
Himerenses Stesichorum reipublicæ sæz administrum habent Ep. 93. renuntiant illam Phalaridi tradere 122. de illius sepultura cum Catmenibus contendunt, 54.

L.

Læus vulgi contemnenda Ep. 77. unus probi viri læus totius multitudinis voci anteposenda. 98.
Lucius Phalaridi exercitus dux: filium in bello & fortiter gerentem amisit. Ep. 10. nimiam illius in bello audaciam amicè increpat Phalaris 125, 126.
Leontini, olim Cyclopori & Lestrigonum patria Buth. ad Odyss. 9. v. 166. item Didym. ad Odyss. 10. v. 1. hodie *Linnuri*, urbs mediterranea versus orientale latus Siciliæ: eodem nomine gaudent cives.
Leontini cum Phalaride bellum gerunt, Ep. 4, 5. illius regionem populantur, 112. illi pecunias commodant, 118.
Legendi non sunt qui fortiter pereunt, Ep. 10. Læti non indulgendum est, 144.

M.

Mater cur potiori jure liberorum affectum vendicat. Ep. 19.

Megarenfes, à Megarenfibus Atticis oriundi, prius dicti Hyblæi Thucyd. lib. 6. quorum urbs Megara, hodie *Agosta*, mediterranea est versus orientalem Siciliæ oram. Eorum in Phalaridem ingratitude, Ep. 2. 52.

Melita, insula maris Libyci inter Siciliam & Africam, hodie *Malta*. Melitenses honoratum quoddam Phalaridi officium destinant, Ep. 117.

Messana, olim Zancle Herod. lib. 7. hodie *Messina*, urbs maritima non longè à Peloro, in orientali Siciliæ latere sita: à Messeniis Peloponæchi incolis, qui hac coloniam transfulerunt, nomen accepit. Messanenses Phalaridis dona ipsorum diis consecrata inter se partiantur, Ep. 84.

N.

Nauplius, Rex Eubœæ, Palamedis pater; qui filii mortem ultum iri cupiens, igne per noctem elato effecit, ut Græcorum naves illic appellerent, & inter Caphareï scopulos perirent. Dict. Græc. lib. 6. ad hanc historiam alludit Phalaris Ep. 92.

Nomades, Africæ populi, dicti etiam Numidæ; utrumque nomen habet Virg. Æn. 4.

—Nomadumque Tyranni
Hinc Numidæ inferni cingunt.—
Ep. 34.

O.

Olympia, Ludi quibus Græciæ juvenus variè exercebatur, quinto quoque anno redibant, instituti sunt An. Mundi 3174. de auctore non convenit; sed eorum Institutio celebris est apud Chronologos Epochæ. Ep. 39.

Pachy-

I N D E X

P.

Pachynus, Siciliae promontorium orientem & meridiem spectans, hodiè *Cabo Passaro*. Ep. 108.

Paulolas, Phalaridis filius.

Illum pater ad matrem colendam hortatur, Ep. 19. ad literarum studia, 20, 67. ad liberalitatem, 68. à Tyrannide conquirendâ dehortatur, 67.

Perilaus vel **Perillus**, Atheniensis, ærei Tauri faber.

Cur cum Phalaris tauro inclusit, Ep. 66. fulius, 122.

Peloponnesus, Græciæ peninsula, hodiè *Morea* dicta. Ep. 108.

Phalaris, successus sui sanâ inimicos angit, Ep. 8, 55, 85. & poenæ expectatione atque metu, Ep. 1, 4, 6, 13, 14, 30, 75, 82, 97, 101, 115, 116, 127.

Amicos dona ipsius non recipere ægrè fert, 12, 35, 133, 140, 141, 144. iis imperat ut de ipso taceant, 16, 50, 79, 80, 146.

Tyrannidem necessitate excusat, 23, 39, 80, 121, 122, 139, 147. eam non suis sed aliorum moribus imputat, 99, 100, 124.

Queritur famam ipsi iniquam fuisse & malignam, Ep. 56, 117, 121, 135.

Ipsius de genere suo, de fortunâ, præsertim de moribus testimonium, Ep. 4, 23, 34, 42, 46, 49, 91, 119, 121.

Benevolentia & affectus in uxorem & filium, 18, 19, 20, 40. 69.

Munificentia, 11, 12, 17, 33, 36, 47, 68, 90, 95, 119, 131, 133, 137.

Humanitas, 26, 89, 99, 105, 110, 130.

Fortitudo in contemnendis morte, insidiatoribus, & calumniis, 28, 37, 82, 87, 91, 98, 101, 102, 139. Crudelitas in puniendo, 57, 96. & fusè 147.

Generositas in condonando, Ep. 72, 92, 93, 106.

Phintia vel **Phinthia**, hodiè *Lycna*, urbs maritima in orientali Sicilia latere, non mediterranea ut Ptolemæus. Cluv. Sicil. Antiq. lib. 1. cap. 16. à conditore Phinthiâ nomen accepit, Diod. Sic. Excerpt. lib. 22.

Phinthies Phalaridi pecunias pollicentur, Ep. 148.

Polycletus, Messanensis Philosophus & medicus. Fazell. Dec. 1. lib. 1. Perfidia apud civos suos accusatur quod Phalaridem sanaverit, Ep. 1, 21. ob artem & mores laudatur, 21, 70. Phalaridis in illum gratitudo, 70, 71.

Privata vita imperio præferenda, Ep. 38, 67, 146.

Pythagoras, Philosophus Samius, de quo vide plura in vitâ Phalaridis. Illius familiaritatem expetit Phalaris Ep. 23. eum de Tyrannide deponendâ consulere voluit, ibi. renuit primò ad Phalaridem venire, sed venit tandem, 74.

R.

A Reipublicæ negotiis gerendis dehortatio. Ep. 67, 77, 109.

Reprehendere in aliis quod ipse facit summè est impudentiæ. Ep. 9.

S.

Sacrilegi à Diis poenam expectent, Ep. 24.

Stesichorus, Himerensis, Poeta Lyricus celeberrimus; ita dictus à chorearum inventionem quas primus instituit, cum antea Titias vocaretur. Suid.

Insidiarum adversus Phalaridem accusatur, Ep. 22, 63, 73.

Laudatur, 54, 79, 103.

Laudantur ipsius filii, 67.

Noluit

I N D E X.

Noluit de sui sæculi viris scribere,
Ep. 65, 78.

Elegiacum carmen in Clearistam
scripsit, rogante Phalaride, 79.

Se reipubl. negotiis immiscuit, à
quibus illum dehortatur Phalaris,
93, 109, 146.

Caranæ sepultus est reuente Hi-
merâ, 54.

Phalaridis erga illum etiam mor-
tuum benevolentia, 15, 31, 33, 54.

Syracusæ, olim Ortygia Strab. lib. 1.
hodiè *Syrogosa*, urbs ad orientale

Siciliæ latus ab Archia uno ex
Heraclidis condita, Thucyd. lib. 6.

& Græcarum omnium urbium
pulcherrima, Athenis non minor,

Idem lib. 7. Spondida illius de-
scriptio apud Cic. in Verr. 4.

Illius meminit Phalaris Ep. 18.
III.

T.

Tauromenium, hodiè *Tauromini*, urbs
maritima in orientali Siciliæ orâ
ad Taurum montem sita: condita
est ab Andromacho Timæi Histo-
rici patre, post Naxum à Dionysio
juniore dirutam, Diod. Sic. lib. 16.

Tauromenitis captivorum pretia
(petente id Stesichoro) remisit
Phalaris, Ep. 15, 31, 33. quos ta-
men maxime inimicos habuit, ib.

In Tauro æmeo 37 viri perierunt
Ep. 113. de quo fusè Ep. 122.
vide plura in vita Phalaridis.

Teucer, Phalaridis procurator, quo
nomine eum vocat Phalaris Ep.
70.

Tyrannidem deponere periculosum;
Ep. 38. 61. suscipere inconsultum,
61, 67, 77.

V.

Vindictam dissimulare animi est pa-
rum generosi, Ep. 13.

Virginitas puellis calumniæ, Ep.
143.

Virtus sola nobilitas, Ep. 120.

Vulgi descriptio, Ep. 77. illius fa-
vorem aucupare quam vanum sit,
ibid.

Z.

Zancle, Siciliæ urbs vetustissima,
postea Messana dicta, Thucyd.
lib. 6. vide Messana.

ORDO

ORDO EPISTOLARUM

ALPHABETICUS.

| | | | | | |
|---------------------|----------|--------------|---------------|---------------------|-------------------------|
| A Baridi | 56. | Demarato | 76. | Niczo | 115. |
| Adimanto | 45. | Demoteli | 38. | Nicarcho | 114. |
| Aegestis | 46. | Engyinis | 107. | Nicia | 44. |
| Agemorto | 141. | Ennenfibus | 81, 137, | Nicippo | 111. |
| Agelilao | 132. | | 148. | Nicodii | 144. |
| Aglaio | 12. | Epicharmo | 61, 98. | Nicophemo | 96. |
| Aicandro | 91. | Epistrato | 49, 127. | Onetori | 50. |
| Alciboo | 1. | Erythia | 18, 69. | Orfilocho | 74. |
| Amphidamanti & | | Eteonico | 51. | Paulola | 19, 20, 40, |
| Thrasylulo | 64. | Evandro | 73. | | 67, 68. |
| Amphinomo | 17. | Euchemoni | 100. | Pelopidae | 65. |
| Androcli | 22. | Eveno | 7. | Peristheni | 72. |
| Antimacho | 27. | Eumelo | 14. | Phadimo | 130. |
| Antistheni & Theo- | | Gorgie | 37. | Phalaridi | 57. |
| timo | 47. | Hegesippo | 77. | Philodemo | 131. |
| Arimacho | 139. | Herodico | 13. | Polluci | 34, 106, 124. |
| Ariphocte | 16, 128. | Hieron | 86. | Polycleto | 70, 71. |
| Ariphradi | 56. | Hieronymo | 212. | Polygnoto | 35. |
| Aristaneto | 87. | Himerenfibus | 54, 88, | Polymnestori | 133, 134. |
| Aristolochio | 60, 63. | | 93, 108, 121, | Polystrato | 39, 340. |
| Aristomeni | 28. | Hippolytioni | 41. | Polystrato & Daifco | 58. |
| Astypalzenfibus | 119. | Lacrito | 19, 125, 126. | Polytimoni | 42. |
| Athenienfibus | 122. | Lamacho | 113. | Pythagoræ | 23. |
| Autonoæ | 95. | Leontiadi | 25. | Sameæ | 8. |
| Axiocho. | 120. | Leontidi | 75. | Stefichoro | 78, 79, 92, |
| Camarinenfibus | 118. | Leontinis | 5, 53. | | 94, 109, 145, 146, 147. |
| Catanenfibus | 30, 104. | Lycino | 4. | Stefichori filiabus | 31. |
| Cebroni | 99. | Lyfandro | 138. | Stefichori liberis | 103. |
| Cleznetæ | 143. | Lyfici | 123. | Teleclidi | 66. |
| Cleznetæ ac Thea- | | Lyfino | 97. | Tencro | 15, 43, 135, 142. |
| no. | 80. | Megaccli | 11. | Thoraci | 24. |
| Cleobulo | 101. | Megarenfibus | 2, 52. | Thrafenori | 55. |
| Cleodico | 102. | Melitenfibus | 83, 117. | Timandro | 82, 136. |
| Cleomedonti | 116. | Menecli | 48. | Timolao | 129. |
| Cleomenidi | 36. | Mefanenfibus | 21, 84. | Timonacti | 85. |
| Cleoftrato | 9. | Mnefici | 90. | Timostheni | 62. |
| Cliftzeni | 110. | Naufici | 59. | Tyrfeno | 3. |
| Critophemo | 32. | Neolaidæ | 89. | Xenopithi | 29. |
| Ctesippo. | 33. | Niczneto | 105. | Zeuxippo | 6. |

F I N I S.

BOUND

NOV 9 1934

UNIV. OF MICH.
LIBRARY

UNIVERSITY OF MICHIGAN



3 9015 06698 9198

